SYNOPSIS
STIRPIUM INDIGENARUM
ARAGONIAE.

AUCTORE C. A. R.

CÆSARAUGUSTANO.

EST IGITUR COGNITIO NATURALIS patriæ præferenda exterarum regionum contemplationibus Linnæus *Amœn. Acad. Vol. I. pag.* 1.

MASSILIÆ M.DCC.LXXIX.

Men' moveat cimex Pantilius? aut crucier, quòd
Vellicet absentem Demetrius?

Horat. *Sat. X. Lib. I.*

PRÆFATIO.

ARagoniæ Regnum positum est inter gradus XL. 10. & XLII. 30. latitudinis borealis (1). Fines in universum habet ad septentrionem Pyrenæos montes, quibus à Galliâ discriminatur: Navarram, & utramque Castiliam ad occidentem; ad meridiem Regnum Valentinum: porrò ad ortum solis Cataloniæ Provinciam. Flumen *Iberus* ex alpibus Cantabricis defluens inter boream, & occidentem quasi transversim permeat, & Aragoniam nostram bifariam dividit. Septentrionalis tractus, quò ad Pyrenæos vergit, eò magis montibus exasperatur; pars verò exposita flumini, vel campestris est regio, aut humilioribus collibus inæqualis. Quæ ex adverso flumini adjacet ejusdem ferè naturæ est; sed locis irriguis, & fertilitate celebrior, ille ager in primis, qui ad orientem spectat Cataloniæ finitimus, & à nostratibus *tierra baxa* nuncupatur. Australior Aragoniæ plaga montosa est, & subalpina, in quâ *Lobeti* (2), & *Turolii* (3) ditiones continentur. Hinc itinere ad septentionem flexo propè Castiliæ fines, occurrit primùm *Darocensis* regio; huic proxima est *Bilbilitana*, cui jungitur ad boream *Turiasonensis*; utraque aspera, & confragosa perpetuis jugis ad montem *Caunum* usquè pertingentibus.

Mons *Caunus* (4) in confiniis Castiliæ assurgit altissimus.

(1) Mapa del Reyno de Aragon, por Juan Bautista Labaña Cosmógrapho mayor del Rey Don Felipe II. corregido, y aumentado por Don Thomás de Lezaun, en Zaragoza 1778.

(2) *Lobetum*, hodiè *Albarracin*, in orientali Celtiberiæ orâ, cujus meminit Ptolomæus *l.* 2. *c.* 5.

(3) *Turolium* Latium ignorat, cum sit recentis originis. Occurit passim hoc nomine in patriarum legum collectione. Nostratibus *Teruel*.

(4) *Sterilemque Caunum nivibus...*

Ad septentrionem humiliores, & sylvosos montes emittit, qui per depressos clivos in amœnissimam, & latè protensam planitiem terminantur. Ab occidente sensim subsidit. Alia verò secundaria juga, & variè connexa à supereminente dorso ad ortum solis versùs Iberi ripas excurrunt. Multiplex est in montem ascensus: supernè tamen non facilè pervius ob abruptam, & scopulosam ipsius naturam. Inferiorem partem latè occupant dumeta, & lætissima prata, uberrimis fontibus, & rivulis irrigata, in quibus tanta est plantarum varietas, & copia, ut indè potissimùm hujus montis celebritas orta sit (1).

Cæ-

---

(1) Bernardus Cienfuegos (de quo mox) in *Historiâ Plantarum tom. 1. p.* 144. de infinitâ stirpium varietate in *M. Cauno* nascentium disserens, occasione *Antherici Liliastri* à se ibi detecti, hæc habet lectu non injucunda: ,, Dice bien Miconio que es de España, y que se cria en
,, montes, que lo es muy alto, y frio Moncayo, en tierras humedas
,, que lo son mucho aquellos prados, y junto à arroyos; porque estos pra-
,, dos los inunda un arroyo por su buena agua llamado de los antiguos,
,, *Irves*, ò *Iros*, que significa resplandeciente, por los visos azules, y ver-
,, des, que hacen sus aguas sobre unas peñas de fortisimos jaspes culebrinos
,, por donde corre; ò por el resplandor, y claridad de sus aguas, ò
,, por causa del mucho azogue, que lleva quando sale de madre, y de-
,, xa resplandecientes los prados donde pára, y dentro sus aguas se co-
,, ge, que vienen corriendo por diversos mineros de plata, oro, y
,, cobre, plomo, y hierro, en cuyas laderas hay antiguas Oficinas de
,, haberse trabajado, y en nuestros tiempos se han labrado de cobre, y
,, plata, y continuamente hoy dia se están labrando de antimonio, al-
,, cóhol, y plata, y muchas de hierro. Al otro lado inunda estos pra-
,, dos un arroyo, que llaman *Val de Milanos*. Todos ellos son
,, fertiles de hermosas, y peregrinas plantas, muchos, y diversos ge-
,, neros de Violas, Narcisos, Junquillos, Marthagones, Tulipas sil-
,, vestres, Fritillarias, Anemomes diversas, Ranunculos de todas suer-
,, tes hasta blancos, quatro especies de Filipendulas, Trifolio, Allelu-
,, ya, Angelica, Archangelica, y Imperatoria. En lo que riega Irves
,, mucha Contrayerva, y Morsus Diaboli tres diferencias, los ponzo-
,, ñosos Aconitos, Flamula, Tora, y Antora; embueltos para quitar-
,, les su malicia con las raíces del Morsus Diaboli: à un lado algo mas

Cæsaraugusta antiqua Regum sedes, & Regni caput, meditullium tenet, amne Ibero affusa. Posita est in pingui, & fertilissimâ planitie, quæ ad radices collium borealium procumbit. Ad austrum statim ab urbis egressu alii colles assurgere incipiunt, vitibus consiti, qui ad occasum sese flectentes versùs meridiem continuantur, & cum montosâ regione, vulgò *la Serranía*, coalescunt. Illos *monte del Castellar*, posteriores *Monte torrero* incolæ appellare solent. Sunt autem aromaticis, & minimè vulgaribus stirpibus insignes, illis præcipuè, quæ arido, & petroso solo delectantur.

Jam verò præter salubrem cœli temperiem, & beatam camporum amœnitatem, tanta est in Aragoniâ nostrâ frugum, vitium, olearumque fertilitas, tantus pomiferarum arborum proventus, tam nobilia in montanis australibus pecori vellera (quorum omnium magna vis ad exteros exportatur), ut nullis sit posthabenda regionibus, illis nimirùm, quæ soli ubertate maximè commendantur. Videbor forsan nonnullis in patriæ gloriam effusissimus, quòd hic talia commemorem; sed id eo consilio factum est, ut cognitâ soli naturâ, quid circà numerum, & elegantiam plantarum ab illo expectari possit, in comperto sit apud omnes (1).

Plan-

„ *de Agramonte.* Los Satyriones son tantos, y principalmente las espe-
„ cies de Manuscristi, que me causaban confusion: en suma, estos pra-
„ dos son riquisimos de plantas. Quisiera para solo escribir de las plan-
„ tas de Moncayo tener un Libro manuscrito mas de quinientos años,
„ que tiene Don Francisco Quevedo, Caballero del Habito de Santiago,
„ conocido por sus buenas, y curiosas letras, ingenio agudo, y mo-
„ do nuevo de decir con que ilustra su nobleza. Aunque padece un de-
„ fecto, que no cabe en hombres doctos (como lo es conocido en todo
„ Europa por sus escritos, y las sales, y agudezas juntas con buena
„ doctrina), y es no querer comunicar, ni prestar libros. Puedese escusar
„ esto con decir que como es raro en lo que escribe, quiere valerse de
„ libros raros, y manejados de pocos."

(1) Scriptoribus Gallis, qui compendia, ut ajunt, geographica,

Plantarum Aragoniæ vix aliqua mentio fit à Scriptoribus Botanicis. Ut ab exteris ordiar, primus omnium Carolus Clusius Provinciam nostram adiisse puto, quod *Chamelææ tricoccæ* natales indicans, in Aragonum regno oriri tradit (1). Clusium excipit Jacobus Albinus Medicus Hamburgensis, qui plantarum gratiâ Aragoniam peragrasse constat, & nonnullas stirpes ab ipso in nostro solo detectas Casparo Bauhino communicasse, *Hieracium*, videlicet, *tomentosum hispanicum* (2), *Linariæ aureæ affinem* (3), sivè *Senecionem linifolium Linnæi*, & *Onobrychidem incanam* (4). Ultimus ordine

---

pis ineptiarum cùm in Hispaniæ rebus versantur, ut vix aliquid proferant veritati consentaneum. His igitur Aragoniæ solum audit sterile, aridum, & infructuosum. Attamen ubertatem rei frumentariæ in hacce regione scriptor Hibernus Bernardus Ward nuper agnovit *Proyecto* ,, *economico. p.* 46. Tambien se sabe " inquit ,, que las dos Castillas, y ,, el Reyno de Aragon son capaces, si se adelanta en ellas la agricultura, ,, de dar trigo à Reynos enteros. " Et proximè elapso sæculo in maximâ annonæ caritate, limitaneas provincias Aragonia sublevavit, teste memorato Cienfuegos, qui celebriores nostros frumentarios agros sequentibus verbis indicavit *t.* 5. *p.* 80. ,, Para conclusion de este capitulo ,, pondrè la division de las tierras, que en España llevan mas pan. Co- ,, menzando de la punta de Cataluña es tierra de poco pan, y malo, ,, tanto que no se come pan candeal, ni tierno, ni à penas se saca el sal- ,, vado; ponen aquella miserable nacion el pan al sereno, y aire, y ,, sol à secar para que coman poco los criados. En Aragon es mucha la ,, abundancia, hacense diversos generos de panes. La hoya de Huesca ,, de tierra secana es fertilisima, y es remedio de las Montañas, y Piri- ,, neos. En los regadíos la canal de Ebro es sumamente fertil, y mu- ,, cho mas sus secanos. Las cinco Villas, Bardena del Rey, y Montes ,, remedian con su abundancia la falta grande de Navarra, y Vizcaya. ,, Lo graso del Rio Xalon, y tierra de Siguenza suplen la falta del Al- ,, carria. La mucha abundancia del campo de Alcalá, Hita, Guadala- ,, xara, y contornos de Madrid remedian el excesivo gasto de la Corte.

(1) *Hist.* 1. *p.* 87.

(2) C. Bauhin. *Prodrom. p.* 64.

(3) P. 197.

ne Jacobus Barrelier, qui plurimas, & rariſsimas stirpes per Hispanias observavit, videtur etiam aliquam Aragoniæ partem attigisse; nam de novâ *Ononidis* specie visâ non procul ab oppido *Bujaraloz* expressè meminit (1).

Venio nunc ad hispanos Scriptores. Horum antiquissimus Joannes Ximenez Gil ex Turiasone municipio oriundus, anno 1508. scripsit patrio sermone de plantis in Monte *Cauno*, Pyrenæis, & montosis Aragoniæ provenientibus, earumque ad medicos usus præstantiâ (2). Autographum MSS. possedit Josephus Ozcariz Velez è supremo Aragonum Senatu, quod litteris anno 1662. Matriti datis ad Ludovicum Exea Talayero nobis testatum reliquit; subjungens magnam ex illius operis lectione voluptatem percepisse (3). Dolendum est omnibus, quibus aliquis inest amor patriæ, utilissimum opus iniquo fato nobis ereptum: quod si lucem publicam vidisset, Aragoniæ Flora non solùm reliquas totius Europæ temporis antiquitate superasset, sed etiam Neotericorum in re herbariâ cognitos labores prævertisset, si Joannis Cubæ insipidum, & ineptum opus exceperis. Quanta igitur gloria ex hac lucubratione publici juris factâ Provinciæ nostræ accessura fuisset, exteris ipsis æstimandum relinquimus. Undè factum est ut omni adhibitâ diligentiâ ad detegendum manuscriptum animum appulerim, sed irritis hucusquè conatibus.

Post

(1) Barrel. *Obs.* 844.

(2) En operis inscriptionem: ,,Salubridad de Moncayo, y terminos contiguos, de los Montes Pirineos, Sierras de Albarracin, Teruél, y Daroca, y otros puestos altos del Reyno de Aragon en sus yervas, y plantas, ,,por el Bachiller Juan Ximenez Gil."

(3) Autographas litteras vidit Felix de Latasa Cæsaraugustanus vir longè doctissimus, & acerrimi judicii, qui in adornandâ Scriptorum nostrorum Bibliothecâ multis abhinc annis feliciter occupatur. Ultrà 2800. auctores incredibili studio, & diligentiâ congessit, de quorum vitâ, & scriptis magnâ eruditione disserit, & Aragoniæ decus gnaviter tuetur. Opus est eximium, cui publicam lucem optare debemus, ne

Post longum temporis intervallum, quo nostratium labores in re herbariâ intermissos fuisse deprehendimus, popularis noster Bernardus Cienfuegos ad magnum opus herbarium sese comparavit. Fuit illi interior Botanices peritia, cum magnâ Scriptorum cognitione conjuncta; cujus rei luculentum extat testimonium in Historiâ Plantarum, quam multijugæ eruditionis apparatu hispano sermone conscripsit (1). Quod attinet ad vitam, & conditionem auctoris, non alia sunt nobis monumenta, quàm quæ ex illius scriptis eruimus. Natus est in urbe Turiasone, ex quâ admodùm adolescens ad Academiam Complutensem se contulit, ubi cùm linguarum, & eloquentiæ Collegio fuisset adscriptus (2), humaniores litteras professus est. Eo igitur tempore ad scribendum se accinxit, quod in annum 1599. incidit, ut ex operis præfatione datâ Matriti Kalendas Novembris anni 1627. docemur (3). Hæc autem præfatio scripta videtur antequam nominatæ Historiæ ex-

(1) Nicolaus Antonius *Bibl. Hisp. t.* 1. *p.* 175. auctoris nostri mentionem fecit, & aliud ipsius opusculum indicavit. *Bernardus de Cienfuegos*, ait, *Turiasonensis scripsit* : Vida del Padre Gonzalo de Silveira de la Compañia de Jesus Martyr. *Matriti apud Ludovicum Sanchez* 1614. 4.

(2) *Tom.* 5. *pag.* 192... „Hallandome à la sazon en Alcalá Co„legial, à donde la providencia de aquel Santo Arzobispo, y Carde„nal Fray Francisco Ximenez de Cisneros previno con sus rentas de „pan à la necesidad que podia tener aquella Universidad, tocóme „aquel año ser Panadero, y aunque à costa de hacienda, y dinero „tube abundancia, y acudì à muchos que perecian. El verano me fui „à mi tierra à Aragon, à donde se habia dado licencia para sa„car trigo para el remedio de Castilla, y principalmente de la „Corte: tocóle à mi Lugar que es Tarazona, y puerto de Castilla el „dar su tierra diez mil fanegas.“ Vide *pag.* 57. *n.* 395.

(3) ... „Al tiempo que comencé este trabajo en Alcalá leía Ca„thedra de letras humanas, y despues acá que son 28. años, no he „hecho profesion de la lengua vulgar, trabajando siempre en los Auto„res latinos, y estrangeros, que escurecen el lustre del lenguage Caste-

extremam manum admoverit, cum nonnullo loco stirpes alleget anno 1631. à se ipso lectas, & observatas. Medicinæ operam navavit; nunquam tamen lucrifaciendi causâ Clinicem exercuit (1). Atqueità aptiorem studio Botanices indulgendi opportunitatem habuit; quo nomine Pseudo-litterati, & semidocti illum magnoperè deridebant (2). Ex variis ejus observationibus hinc indè interjectis patet, ipsum varias Hispaniæ Provincias cum fructu peragrasse; Matriti verò perpetuum fixit domicilium, ubi amicitiam coluit cum Didaco de Cortavilla, Botanico peritissimo, qui hortum alebat rarioribus stirpibus instructum (3); tum etiam cum Hieronymo Huerta Interprete Pliniano, & acerrimo Historiæ naturalis indagatore (4).

---

(1) ... ,, Estos tales son los que me morderán con nombre de empirico, ò ignorante, porque habiendo estudiado su profesion, no ,, he abierto puerta à la ganancia como ellos sentados en la silla de ,, una mula. " *Ibid.*

(2) T. 3. *p.* 101. *b.* ,, Está el conocimiento de las yervas tan desestimado, y abatido, que cierto que me corro muchas veces de decir que conozco alguna; porque me ha sucedido saber que en conversacion como por burla, mofa, y escarnio algunos cultos, politicos, mirlados, filosofos de clausulas decoradas, bedijudos, pedantes, gramaticones meros, poetizantes; todos guedejas, y petos, censores de libros, que no entienden, aunque los tienen en los estantes, como el librero compuestos por ostentacion, y adorno, ò para venderlos, y cambiarlos; quando se ofrece tratar de mí, ò nombrarme, aunque saben el nombre propio, por fisga, burla, y escarnio como tengo dicho dicen, el herbolario."

(3) *Tom.* 2. *p.* 924... ,, El nombre con que se conoce en España es Galega, à donde no es muy ordinaria, ni la he visto, sino en las zanjas de unas hazas, y dehesa de Agreda en los arroyos, que baxan de una falda del Monte Moncayo, que llaman la Sierra del Madero, y antes de baxar al Paular de Segovia en unas zanjas de unas hazas, y tierras novales recien rozadas, y sembradas entre Robledo en una hoya donde habia dos diferencias de Vincetoxico. De alli la trajo Diego de Cortavila, insigne Boticario, y gran simplicista, y herbario à su jardin, que es un museo de plantas raras."

(4) *Tom.* 1. *p.* 365 ... El año de [illegible]

Nunc igitur CL. Viri laudabile institutum, & operis rationem exponam. Historia plantarum superiùs designata, quæ in Regiâ Matritensi Bibliothecâ inedita asservatur, septem volumina complectitur nitidissimè compacta, in quibus præter manifestas autographi notas, omnia cernas concinno, & pulcherrimo ordine digesta (1). Primùm enim præmissis iconibus affabrè delineatis, synonyma, & nomina vernacula subnectit clarissimus auctor; mox addit plantæ descriptionem, & collatitiam ex variis Scriptoribus historiam; postremo loco usus medicos, & œconomicos stirpium fusè, & enucleatè persequitur; superstitiosas opiniones, quæ de mirificis illarum virtutibus vulgò circumferuntur solidè refutat, & nonnumquam datâ occasione Alchymistarum somnia, & commenta ridet, propriâ edoctus experientiâ quàm parùm sit credendum illorum insaniæ, & vanitati (2). Loca natalia plantarum in Aragoniâ nostrâ, & in aliis Hispaniæ Provinciis sæpiùs indicat. Quinimò multa erudita ex anecdotis profert ad viros litteratos, & Historiam naturalem illius ævi pertinentia.

Atqui opus hocce perfectum, & omnibus numeris absolutum non habemus, nam præter integram de arboribus tractationem, quæ omninò desideratur, ex Syngenesistis, Umbel-

---

,, la Botica de Santiago Rojo, que vive en Madrid à la Calle de Tole-
,, do, algunos tallos de esta planta (*de Solano sermo est*) con flores, ho-
,, jas, y fruta aunque no sazonada, que hice mirar à muchos doctos
,, Medicos, y Boticarios, y entre ellos al Doctor Hieronimo de Huer-
,, ta, gran escudriñador de la verdad de la historia natural, como lo
,, muetra su traducion, y notas sobre Plinio. Dios le tenga en su Rey-
,, no, que estando escribiendo esto à 23. de Julio me dixeron que era
,, muerto.‟

(1) Postulat grati animi officium, ut viri doctissimi Joannis de Santander Regiæ Bibliothecæ Præfecti eximiam in me juvando humanitatem commemorem, quòd usuram Codicis liberalissimè concesserit.

(2) *Tom.* 5. *p.* 685... ,,un tiempo que viví desvanecido en la ,, Chimica, no con muy poco gasto, del qual no tengo mas que el arre-

belliferis, & Tetradynamistis, paucissimas plantas descripsit Clar. vir, cujus egregios conatus ignota nobis obstacula oppresserunt. Interim cum non sit plenior in hoc argumento Scriptor, & qui rem accuratiùs tractaverit, princeps omninò nobis auctor esse debet indigenarum stirpium.

Circà dimidium hujus, quod nunc vergit, sæculi Antonius Campillo Pharmacopæus oppidi *Albalate del Arzobispo*, & non indoctus Botanicus, opusculum edidit Cæsaraugustæ anno 1736. inscriptum *Faro Medico*, in quo promissit generalem stirpium historiam, quam equidem *Orbis vegetabilis* titulo integro opere complexus est, cujus alterum volumen *anecdoton* penès filium Jacobum mihi videre contigit. Traduntur in illo plantarum descriptiones, additis compendiosis characteribus ex præstantissimis Botanicis depromptis. Sed singulare est quòd loca natalia omittat, cùm tamen in Pharmacopæorum usum quidquid ad formulas medicinales, & pharmaceuticas operationes spectat magno cumulo congerat. Fuit cæterùm vir solers, & indefessus in exquirendis plantis, quarum quinque millia contulit in hortum siccum, adjunctis notis, & observationibus (1). Est igitur inter Scriptores recensendus, qui patrias stirpes illustrarunt.

Tandem nonnullas Aragoniæ plantas enumerat *Flora Hispanica Josephi Quer* (2) conscripta alphabeticâ methodo, quæ cum nihil habeat dignitatis, ad doctrinam parùm idonea semper visa fuit. Opus alioquin imperfectum est, nec ultrà

b 2 ter-

(1) Vidit penès Auctorem Thomas Perea in Ecclesiâ S. Andreæ Cæsaraugustæ Pastor, ut ipse testatur in litteris supramemorato libello præfixis.

(2) *Hypericum Androsæmum t.* 3. *p.* 30. *Atriplex Halimus* 3. *p.* 168. *Acanthus mollis* 3. *p.* 162. *Carpinus Ostrya* 4. *p.* 51. *Cataria, quæ Nepeta minor folio Melissæ Turcicæ* 4. *p.* 94. *Azalea procumbens* 4. *p.* 197. *Cistus villosus* 4. *p.* 319. *Cistus albidus* 4. *p.* 322. *Cochlearia officinalis* 4. *p.* 372. *Cochlearia Armoracia* 4. *p.* 379. *Conyza squarrosa* 4. *p.* 411. *Carpesium cernuum* 4. *p.* 414. *Cornus sanguinea* 4. *p.* 439. *Coriaria myrti-*

tertium elementum procedit. In tradendis viribus medicis plantarum nimiùm operosus est auctor, omnia sine delectu, & judicio undiquè corradens. Tournefortii dogmata primo volumine magno conatu asserere contendit, & ut deprimat Linnæum, magnificis illum suspendit elogiis. Tam vagis, & longè quæsitis excursibus lectorem fatigat, ut futilibus sanè argumentis adversùs CL. Linnæi principia numerosas paginas impleat: fuerat enim stimulatus à quibusdam viris, quos hic nominare non attinet, ut suppeditatis armis systema sexuale in Hispaniâ prosterneret; quod quidem ipse præstare non poterat, nec Linnæana scripta, & Sigesbeckii Epicricin, quâ maximè utitur intelligere, cùm adeò esset latini sermonis ignarus, ut Isagoge Tournefortiana, quam suo operi inseruit, à Francisco Sarmiento fuerit in ejus gratiam hispanè conversa.

Cum ergò popularium meorum opera nondùm typis descripta, nihil in communem utilitatem attulerint, & novas quotidiè variarum regionum Floras prodire viderem, aliquem laborem impendendum existimavi, ut quas ferat stirpes Aragoniæ solum, investigarem. Cujus rei exequendæ idoneam nactus sum opportunitatem; nam cum integrâ hyeme febre laborassem, adulto jam vere urbanioribus negotiis me subducere constitui, ut liberiore aere uti liceret ad confirmandas vires, & occurrendum recidivæ. Incertus ergò quam potissimùm regni partem eligerem, ubi amplior esset laboris materia, Aragoniam australem tandem mihi proposui, quoniam aptior visa est, & minùs his temporibus perlustrata.

Igitur initio Aprilis Cæsaraugustâ profectus ad calidiorem orientalem plagam Ibero flumini vicinam iter suscepi. Peragratis itaquè amœnissimis collibus circà *Quinto*, *Hijar*, *Caspe*, & *Alcañiz*, non paucas stirpes reportavi floribus onustas. Indè montem de *Tolocha* ab oppido *Calanda* non valdè remotum, & quem accolæ communi nomine *el Desierto* vocant, ascendi. Hinc me ad occidentem converti, & superatâ montium catenâ, quæ *Sierra de Arcos* appellatur, sicca-

neam, & minimè arboream regionem celerrimo itinere percurri, ut montem de *Herrera* citiùs salutarem. Elapsis quatuor diebus in observandis plurimis raris, & elegantibus stirpibus impensis, monti valedixi, & via, quæ per *Belitanos* (1) Cæsaraugustam ducit, me in patriam incolumen reduxit.

Post aliquas excursiones factas in agrum Cæsaraugustanum, secundam peregrinationem versùs occidentem institui. Colles antiquæ *Segontiæ* (2) (*Epila*) vicinos, in primis quem dicunt *Montolar*, non sterilem plantarum, & adjacentem valleculam, vulgò *Val de Urrea* maritimis stirpibus insignem, magno cum fructu perreptavi. Montes de *Rodanas* ad occasum solis positos adii; montanam regionem, quæ vicos *Brea*, *&* *Illueca* complectitur, superavi, & altissimum jugum *la Sierra de Villaroya* conscendi: hinc per scopulosos montes minimè vulgaribus stirpibus divites, qui oppido *Calcena* imminent, in agrum descendi urbem *Borja* circumjacentem. Turiasonem non perveni, ut erat constitutum, sed reversione factâ in australem plagam *M. Caunum* invisi, radices ejus pascuosas, & devias sylvas peragravi. Porrò multiplicia juga, quæ versùs meridiem excurrunt, transcendi; *Vadaveronem* montem (3) percurri, & postquam agrum *Nertobrigæ* (4) fertilissimum lustrassem, *Segontiam* repetii. Indè per campestrem, & beatam regionem optimi vini feracissimam,

---

(1) Ab oppido *Belia* hodiè *Belchite* Harduin. ad Plin. *l.* 3. *c.* 4. *n.* 2.

(2) Hieronymus Surita in notis ad *Itiner. Antonini edit Colon. Agrip.* 1600. *p.* 591. veterem Segontiam in oppido *Rueda* duo millia circiter passum ab *Epila* remoto collocavit. *Ut mihi videantur*, inquit, *Rueda oppido ad Salonis ripas hujus Segontiæ vestigia contineri.*

(3) ...*& fractis Vadaveronem montibus* Martial. *l.* 1. *Ep.* 50.

Vadaveronem intelligo non solum illam montium catenam, quam vocant *Sierra de Bicor*, sed etiam aliam dictam *Sierra de Toved*, quæ interjectis humilioribus collibus à primâ disjungitur. Utramque fractorum montium appellatione aptissimè Poeta designavit.

(4) Nertobriga hodiè *Ricla*. Surita *in opere citato p.* 589. *quod Nertobrigam Riclam hodiè appellatam esse existimemus.*

mam, vulgò *el Campo de Cariñena*, in montem de *Herrera* plantarum ditissimum, iteratò demùm iter relegi. Mox meridionalem jugorum tractum, qui oppida *Badenas*, *Segura*, *Montalvan*, & *Aliaga* pertingit, non infœcundis excursionibus adii. Tum demùm itinere versùs orientem inflexo prata montana salutavi. In his facilè principatum tenet, ob stirpium feracitatem, quod vulgò dicunt *la Palomita* vicis *Tronchon*, & *Villarluengo* utrinquè limitaneum. Ejusdem omninò naturæ sunt, quæ versùs austrum circà pagos *Cantavieja*, *Linares*, *Alcalá de la Selva*, *&c.* numerosis pecorum gregibus optimum pabulum suppeditant. Ab his non longè distat *Turolium* urbs aridis, & parùm herbosis collibus cincta, ubi cùm severa febris me invasisset, & intensos calores, quibus jam adsuetus non eram, tolerare non possem, de maturando in patriam reditu cogitare cœpi.

Verùmtamen non priùs hanc regionem dimittere placuit, quàm aliquas stirpes decerperem in alpibus australibus, quæ ab oppido *Camarena* versùs occidentem producunt ur Res itaque ex voto successit, nam superato summo jugo *Xabalambre*, in quo *Veronicam austriacam*, & *Primulam Vitalianam* obvias habui, excelsos montes circà *Albarracin*, *Griegos*, & *Oribuela* quatriduò rimatus sum; ex quibus non ignobiles plantas in herbarium, & adversaria contuli. Hinc ad septentrionem conversus, montana propè *Rodenas*, & *Villar del Saz* non sine fructu perlustravi. Tum demùm subalpinos tractus dimissi, & per humiliores agros propè *Xiloca* fluminis ripas cursum properans, *Darocam* petii. Indè in lacum de *Gallocanta* feliciter excurri, & *Salicorniam herbaceam* in mediterraneâ regione detexi. Tandem Darocâ relictâ *Calatayud* urbem perveniens, itineri coronidem imposui. Nolui tamen discedere, quin *Brotodi* (1) montes, & abruptos sco-

(1) *Et delicati dulce Botrodi nemus,*
Pomona quod felix amat. Martial. *l.* 1. *Ep.* 50.

scopulos inviserem. Hos intercipit irrigua vallis, sed angusta, nomine *Campiel*, ubi præterlabentis Salonis beneficio, poma duracina coluntur sapidissima, & tantæ magnitudinis, ut omnia quotquot in Hispaniâ sunt cognita, facilè superent.

Itaquè cum non spernendum plantarum, & observationum thesaurum comparassem, rem non indignam facturum existimavi, si quod nemo anteà aggressus fuerat, hoc libello patefacerem, ut qualiscumque sit peregrinationis meæ fructus, aliquandò in patriam redundaret. Continet igitur hic Prodomus ultrà mille plantas, quas in trimestri itinere, aut in agro Cæsaraugustano mense Martio, & sub finem autumni anni 1778. observare licuit. Ut autem Aragonensis Flora auctior, & ornatior in scenam prodiret, aliquas stirpes adjunxi ab amicis communicatas. In his primum locum sibi vendicant rarissimæ nonnullæ, quas propè Cæsaraugustam felici solertiâ detexit Franciscus Otano, Botanicus peritissimus; tum etiam quas ex Oscensi agro transmissit Petrus Lapiedra, de re herbariâ optimè meritus. Quæ circà urbem *Barbastro* nascentes suis locis indicantur, studio & diligentiæ Josephi Blanco, mihi amicitiâ devincti, omnino acceptas refero. Hanc autem integram plantarum supellectilem Bibliothecæ Societatis Cæsaraugustanæ donare decrevi, ut cuique Botanico in posterum constare possit, quâ fide, & sinceritate in recensendo hoc opere versatus sim.

Hisce igitur adjumentis, & CL. virorum humanitate factum est, ut nostra Synopsis post brevem peregrinationem, & non magnos conatus Floram Suecicam Linnæi, & Belgicam Davidis de Gorter numero plantarum flore conspicuo longè superet. Et tamen non omnia præstiti, quæ poteram; nam Botanicorum laborum mediâ jam æstate maximè pertæsus, in bo-

---

dem hodiè sibi vendicat locus ille, quem nostrates vocant *Campiel* tria millia ferè passuum à novâ Bilbili remotus. Interpretes, quibus ignota fuit Topographia Bilbilitana, conjecturis minimè probabilibus *Poetam* illustrare allaborarunt.

boreali Aragoniæ plagâ, ut alia taceam, Pyrenæas alpes, agrum Oscensem, juga urbi *Barbastro* vicina, & illam montium catenam, quæ *Sierra de Guara* nominatur, intacta reliqui. In australi regione plurima adhuc supersunt juga, valles, sylvæ, præcipitia, quæ nondum invisi; imò ea ipsa quæ peragravi loca, vix rapidissimo itinere deflorari potuerunt; nam montes *Caunum*, *de Herrera*, & subalpinos tractus ad orientem spectantes, non nisi cursim, & obiter salutavi, cùm sint adeò plantarum feraces, ut integras æstates requirant. Quòd si ego unus quadrimestri spatio ultra mille plantas congessi, quid spectare non debemus, si Botanici nostri unanimi, & constanti labore ad perquirendas indigenas stirpes, & omnes Aragoniæ partes rimandas animum intenderint?

Sunt equidem aliquæ exterarum regionum Floræ hac nostrâ ditiores, sed habitâ ratione temporis, nullæ. Hallerus enim post 26. annorum labores locupletiorem stirpium Helveticarum historiam publici juris fecit. Joannes Antonius Scopoli in adornandâ Florâ Carniolicâ septem annos impedit; tandem in Gallo provinciali tres integras æstates Ludovicus Gerard. Is autem tam magnificis elogiis Gallo-provinciam suam extollit, ut reliquas regiones plantarum thesauro superare temerè pronunciaverit (1). At Hispani non temerè consentient cum illo, nec facilè dabunt, quod illa regio, quam ob cœlum mite, solique fertilitatem tantoperè laudant Galli, cum Hispaniâ nostrâ numero, & elegantiâ plantarum certare possit. Hanc laudem Italiæ tantùm libenter concedimus. Hispania enim præter Monspelienses stirpes, omnes ferè alpinas (2) educit in boreali plagâ; habet autem peculiares,

(1) ...*hæ verò eâ suppellectile gaudent, quæ regiones suis stirpibus maximè celebratas facilè vincat* Præfat. *p.* 4.

(2) Vide litteram Petro Collinsonio ab anonymo scriptam *Iour. œcon.* 1785. *Septembre.*

res, quas nondum Galli suis accensere potuerunt (1). Imò ex hac nostrâ enumeratione dilucidè constabit, eam esse Aragoniæ soli naturam; ut Monspelienses, & Gallo-provinciales stirpes facilè omnes enutriat, quod ad plenam evidentiam perduceretur, si quis per otium omnes illas exploraret: ultrá quas non paucas sibi vendicat cum aliis Hispaniæ provinciis equidem communes, sed quæ Gallicarum cohortem non intrant. Harum itaquè catalogum conficere, & ad calcem Libri collocare operæ prætium esse duxi, ut Hispaniæ divitias efferre, & celebrare assuescant Botanici Galli.

Nunc igitur paucis docebo rationem laboris mei. In recensendis plantis Linnæananı methodum cæteris præstantiorem anteposui; nec me unquam momordit familiaris ille novaturiendi pruritus, quo tot Scriptores, qui nova quotidiè condunt systemata breviter peritura, vexatos esse deprehendo. Inter hos nescio quid magnum ostentant, qui methodum naturalem invenisse facilè sibi persuadent. Atqui omnes methodi naturales mihi vehementer erunt suspectæ, donec inter Botanicos convenerit de notis, & characteribus, quibus ordines naturales internoscantur. Video enim in hoc maximè dissentientes Botanicos, cùm quam alius assumit classem naturalem, alius explodat. Hoc autem ut necessario evincam argumento, Adansonium allegare sufficiat, qui methodum Tournefortianam eò cæteris præstantiorem judicavit, quia in illâ tertia classium pars sit naturalis (2). In Rajanâ vero non nisi quintam partem agnovit (3). E contrario Hallerus, quem magnum fuisse Botanicum non ibit inficias Adansonius, Raji methodum penè optimam dixit, Tournefortianam

(1) *Stipa tenacissima, Loeſlingia, Queria, Minuartia, Ortegia, Chamærops humilis, Glinus lotoides, Teucrium fruticans, Nerium Oleander, Rhododendron Ponticum &c.*

(2) Familles des Plantes *Præf. p. 31: De ces 22. classes, il y en a six c. à d. près de $\frac{1}{3}$ de naturelles.*

(3) *Ibid. p. 20. De ces 22. classes il y en a*

nam totam arbitrariam, adeòque minimè naturalem pronunciavit (1). Porrò cùm CL. Linnæus fragmenta methodi naturalis dare vellet 58. ordines constituit, ex quibus 20. ferè expunxit Adansonius (2). Deinde cùm præcipuus cujusque methodi scopus esse debeat, ut genera, & species plantarum inter se ritè dignoscantur, non video quòd naturalis methodus plùs valeat quam artificialis. Hoc autem facilè demonstratur assumpto naturali ordine Umbelliferarum, in quo quám dificilè sit genera distinguere, nullus non novit Botanicus. Rursùs non sola methodus, sed naturalis generum character, in quo notæ omnes in fructificatione obviæ exhibeantur, juvat ad stirpium cognitionem. Hunc autem numeris omnibus absolutum, antè Linnæum quis dedit Botanicorum (3)?

Quibus intellectis, nihil mihi antiquiùs fuit, quàm ut CL. virum in enumerandis stirpibus religiosè sectarer. Sed optimum idemque tutissimum consilium esse putavi, plantas proponere nomine generico, triviali tantum associato, quo dilucidè, & compendiosè species distinguuntur. Linnæanas definitiones specificas brevitati consulens omissi, quòd veris Bo-

---

(1) De methodico studio Botanices inter Opuscula edita Gottingæ 1749. 8. *p.* 40. *Sensu ergò paulum alio, quàm quo optima dicitur Rajana, quòd naturæ methodo simillima sit.*

Ibid. *p.* 42. *Non Tournefortiana, quæ tota arbitraria est, ut ex similibus floris convenientiis quotidiè novas, neque pejores methodos excogitare sit facillimum.*

(2) *Præf. p.* 47.

(3) *La façon dont M. Linnæus etablit les caracteres naturels des plantes dans son Livre intitulè* Genera plantarum *fournit cet avantage; elle est plus exacte, elle me paroit meriter par là quelque preference.* M. de Jussieu *Mem. de l' Acad. des Sciences de Paris* 1739. *p.* 251. Adansonius tamen in censurâ opusculo Josephi Quer de viribus *Uvæ ursi* gallicè converso, præfixâ, Tournefortianum characterem Linnæano præferendum esse judicavit; quàm rectè, videant illi, qui manca Tournefortii genera cum Lin-

Botanicis, quibus specierum immortale opus præ manibus est, omninò sint inutiles; cæteros, qui scientiæ principiis destituuntur, nihil juvent. Plantas autem novas à Linnæo prætermissas, quas omni studio illustrare sum conatus, adhibitâ differentiâ specificâ, ut par erat, exhibui. Eadem est ratio synonymorum, quæ in Linnæano opere adhibentur. Quid enim præstat auctorum loca à Linnæo allegata repetere? Quod si ritè considerassent tot Florarum Scriptores, multum chartæ, & operæ typographicæ compendium fecissent. Atqui manifestus hic nævus apparet in Florâ Belgicâ Davidis Gorter, cui si Linnæi definitiones, & synonyma demas, vix unum, alterumve Morisoni synonymon supererit; cum nullas plantas novas, aut utiles observationes contineat. Potuissem etiam denominationes specificas à Linnæanis diversas fingere, quod minimè difficile puto, at meliores dare difficilimum, ne dicam impossibile. Nolui tamen Hallerum imitari, qui in opere alioquin eximio, non solùm differentiis à Linnæo traditis alias substituit, sed etiam præ occulto quodam in Botanicorum principem livore, non pauca nomina generica rejecit, & quæ à CL. Viro feliciter fuerant constituta adeò perturbavit, ut novos in synonymiâ labores suscipiendos futuris Botanicis reliquerit.

Stirpes illas tantùm proposui, quæ in solo natali à me observatæ, aut siccæ ab amicis transmissæ, consideratæ sunt. Spontaneas solùm admissi; hortensibus, & quæ culturâ proveniunt exclusis, quas tamen nonnulli Scriptores suis inserunt catalogis. Hallerus ipse, quidquid in præfatione promisserit, non paucas hujus ordinis indigenis admiscet, plantas nempè Cereales, Cactum Opuntiam, Hippocastanum, &c. Studui etiam diligenter, ne loco specierum varietates assumerem; insigniores tantùm sub unaquâque specie indicasse contentus.

Plantas dubias, & novas species cum optimo præceptore, Antonio Palau, Matritensi Professore, & Botanico longè doc-

speciminibus à me lectis retinere utiliùs visum est, ne pereat earum memoria, & ab aliis diligentiùs examinentur.

Neque nostro operi ornando, & locupletando defuere stirpes aliquæ raririssimæ, quæ vel omninò indictæ sunt, aut ità obscurè ab antiquis traditæ, ut pro novis haberi debeant; omnes autem in Linnæano opere desiderantur. In his igitur describendis, atque illustrandis omne studium, & operam collocavi; quid verò præstiterim, Botanicorum judicio commissus, ipsis definiendum relinquo.

Synonyma à Linnæo in speciebus plantarum usurpata, ob rationes superiùs expositas, omissi; alia tamen è variis Scriptoribus mutuatus sum, illis præcipuè, qui Hispanicas stirpes illustrarunt, Clusio, Grislei, Barrelierio, &c. Imò Linnæana adhibui nonnulla ex CL. Viri Mantissâ 2. quòd nostris Botanicis sit minus cognita, & Cæsaraugustæ in officinis librariis nunquam reperiatur. Hispanica Flora paucissima mihi synonyma suppeditavit, cùm proprias definitiones non habeat, sed Bauhinianis, aut Tournefortianis plerumque utatur.

Denominationes plantarum, quibus utitur Bernardus Cienfuegos, sivè proprias, sivè alienas, nefas fuisset præterire; nam, etiam si opus sit ineditum, princeps est auctor patriarum stirpium. Verùm cùm septem hujus operis volumina nullam habeant adscriptam numeri notam, in gratiam eorum, quibus illa evolvere datum fuerit, ità distinguere placuit.

Tomus 1. nobis erit, qui præfationem infronte gerit.

Tomus 2. cui de Linariis tractatio præfigitur.

Tomus 3. cujus Caput I. de Alysso Galeni inscribitur.

Tomus 4. qui de plantis leguminosis præcipuè agit.

Tomus 5. in quo de Cerealibus tractatur.

Tomus 6. in duas partes dividitur. I. 465. paginas numerat, & de Graminibus agit. II. 748. paginis constat, & à Trifoliis orditur.

Tomus 7. varias Icones cum synonymis extrà sedes proprias locatas, nonnullas etiam sine ullâ descrip-

In synonymorum ordine Hispanica nomina dedi ; & in auxilium vocavi Dioscoridis interpretationem ab Andreâ Laguna evulgatam , ut Pharmacopæis nostris , quibus est maximè familiaris , innotesceret , quas plantas officinales Aragoniæ solum educat. Ubi desunt Hispanæ denominationes , operæ prætium esse duxi Dioscoridis nomen, quod sæpè in generico, vel triviali Linnæi retinetur, ex versione Lagunæ allegare, ut cum scientiâ rei herbariæ veteris auctoris notitiam conjungerem. Adjunxi etiam vernacula Provinciæ nostræ nomina , quotquot congerere valui. Utilissimum sanè foret , omnia si fieri posset , adferre ; at ego in itinere properans , tantas & tam diversas nomenclaturas à rusticis impositas , indagare non potui (1).

Venerat etiam in mentem Arabica synonyma proferre ex Ebn-Beitaris Codice Escurialensi , qui ad temporarios usus in Regiam Bibliothecam Matritensem delatus fuit ; quod quidem ad rem herbariam & Hispani sermonis origines illustrandas, magni momenti esse intelligebam : sed temporis angustiæ, & typographicorum characterum defectus , quominùs id facerem , prohibuere. Lo-

(1) Cienfuegos *t.* 3. *p.* 395... ,,Tengo libros manuscritos en mi ,,poder de 400. años há , que tratan de yervas , y diversas medicinas, ,, cuyos nombres hoy no están en uso , y totalmente se han olvidado; ,, aunque de la forma , descripcion , partes , y lugar se conoce ser las ,, mismas plantas. Pondré algunos similes , como llamar antiguamente ,, en Castilla à las Coloquintidas *Tuero* ; de donde vino el refran co- ,, mun , *amarga como tueras*. La Valeriana antiguamente se llamó ,, *Elera*. Están hoy los papeles antiguos llenos de este nombre *Canduerca*, ,, y à penas tenemos noticia que planta sea , aunque algunos dicen que ,, es especie de Vid silvestre , que llaman *Uva taminia*. A mas de lo di- ,, cho en distancia de 8. ò 10. leguas en Castilla tienen las yervas mas ,, comunes nombres causados de diferentes naciones , que la habitaron, ,, como en tierra de Toledo , lo que en Madrid es Espliego , en Toledo ,, es *Albucema*. Escorzonera es nombre nuevo por su invencion , y uso; y ,, en algunos lugares de tierra de Toledo es conocida siglos há con nom- ,, bre de *Churrimanes* , por el humor como leche , que de ella destila

Loca natalia studiosè indicavi, in primis illa, ubi plantas majori copiâ nascentes observare licuit; at vulgatissimis nullum sæpiùs peculiarem locum designavi.

Cùm hocce opusculum meis sumptibus in lucem proferatur, & eos ponere magnos non possim, plantas tantùm novas, & unam alteramve ex illis, quarum nullæ extant Icones, æri incidendas curavi. Id autem maximè studui, ut notæ discriminis perspicuè exhiberentur, cum in eo positam esse arbitrer veram Iconismi perfectionem.

Tandem ut Aragonensis Floræ Prodomus nostratibus esset usus uberioris, nonnullas hinc indè observationes adjeci, brevitate suâ saltem commendabiles, & ad specierum illustrationem forsan non inutiles. Usus œconomicos stirpium intrà notarum cancellos coarctatos ex probatissimis Scriptoribus produxi; & quamvis à colligendi officio maximè abhorream, valuit apud me publica civium nostrorum utilitas, præsertim cùm omnes libri, & præcipuè exoticis linguis scripti, ex quibus mea desumpsi, ob commerciorum difficultatem in his terris penitùs ignorentur.

Hisce ergo præfandi munere defunctus, reliquum est, ut malevolorum malitiæ occurram, & lectorem moneam esse nonnullos, qui me in cognoscendis plantis dicant inexercitatum, & hoc scribendi consilium vehementer improbent. Atqui nondùm ipsis innotuit, quibus adjumentis in re herbariâ proficere potuerim, neque illos adeò injurios esse puto, ut me omninò ineptum existiment ad comparandam stirpium cognitionem. Quidquid demùm sit, non est causa cur metuam hos importunos criticos, qui cum Botanicis scriptis nullam sint laudem consequuti, non habent quo præ aliis sese efferant, aut inflentur opinione sui.

Ingeniis non ille *favet, plauditque sepultis;*
Nostra sed impugnat, nos, nostraque lividus odit.

Horat. *Ep.* 1. *lib.* 2.

SYLLABUS AUCTORUM, QUI IN HOC Opere frequentiùs allegantur.

Acta Anglica. *Philosiphical Transactions* London 4.
Acta Berolinensia. *Memoires de l' Academie Royale des Sciences de Berlin.* 4.
Acta Parisiensia. *Memoires de l' Academie Royale des Sciences* Paris 4.
Acta Stock. sive *Acta Academiæ Suecicæ* Holmiæ. 4.
Arduini *Petri* Memoriæ, Dissertazioni, e Descrizioni *Padova* 1766. 4.
Barrelieri *Jacobi* Icones Plantarum *Paris.* 1714. *fol.*
Bauhini *Caspari* Pinax, & Prodromus *Basileæ* 1671. 4.
——— Johan. Historia Plantarum *Ebroduni* 1650. *fol.* 3.
Bergii *Petri Jonæ* Materia medica è regno vegetabili *Holmiæ* 1778. 8. 2.
Celsii *Olai* Hierobatanicon *Upsaliæ* 1745. 8. 2.
Columnæ *Fabii* minus cognitarum stirpium Ecphrasis I. & II. *Romæ* 1616. 4.
Clusii *Caroli* Historia Plantarum *Antuerpiæ* 1583. fol.
Dioscorides *Pedacio* acerca de la materia medicinal traducido por Andrés de Laguna *Salamanca* 1566. *fol.*
Du-Hamel du Monçeau Traitè des Arbres *Paris* 1755. 4. 2.
Forskal *Petri* Flora Arabica *Hafniæ* 1775. 4.
Gerard *Ludovici* Flora Gallo-Provincialis *Paris* 1761. 8.
Gleditsch *Joh. Gottlieb* Physicalische Abhandlungen *Berlin* 1765. 1766. 1767. 8.
Govan *Antonii* Illustrationes, & Observationes Botanicæ *Tiguri* 1773. *fol.*
Grislei *Gabrielis* Viridarium Lusitanicum *Veronæ* 1748. 8.
Gunneri *J. Ernest.* Flora Norwegica *Nidrosiæ* 1766. *fol.*
Halleri *Alberti* Historia stirpium indigenarum Helvetiæ inchoata *Bernæ* 1768. *fol.* 3.
Hellot Art de la teinture des laines *Paris* 1772. 12.

Jacquin *Nicolai Josephi* Observationes Botanicæ *Vindobonæ* 1764. 1767. fol. *P. I. II. & III.*

Journal œconomique *Paris* 1751. 8. *seq.*

Linnæi *Caroli* Systema naturæ *Vindobonæ* 1770. 8.

——— Mantissa secunda *Holmiæ* 1771. 8.

——— Amœnitates Academicæ *Holmiæ* 8. 7.

Loefling *Petri* Reise nach den Spanischen Landern, aus dem Schwedischen uberſesset durch D. Alexander Bernhard Kolpin *Berlin* , *und Stralsund* 1766. 8.

Morison *Roberti* Historia Plantarum *Oxonii* 1680. 1701. *fol.* 2.

Muntingii *Abrahami* Phytographia *Amstælodami* 1711. *fol.*

Necker *N. J.* Methodus Muscorum *Mannhemii* 1771. 8.

Plinii *Caii* Historia naturalis curante Harduino *Paris* 1723. *fol.* 3.

Quer *Joseph* Flora Española *Madrid* 1762. 1764. 4. 4.

Scheuchzeri *Joan.* Agrostographia *Tiguri* 1719. 4.

Schrebers *Daniel Gottfried* Sammlung von Scriften zur Cameral-Wissenschaft T. XII. *Hall* ab anno 1751. 8.

Schrebers *Joh. Christ. Dan.* Descriptio Graminum Systematica Germanicè *Lipsiæ* 1769. *fol.*

Scopoli *Joan. Antonii* Flora Carniolica *Vindobonæ* 1772. 8. 2.

——— Annus II. Historico-naturalis *Lipsiæ* 1769. 8.

Shaw *Thomas* Voyage d' Afrique *Paris* 4. 2.

Tournefortii *Josephi* Voyage au Levant *Paris* 1717. 4. 2.

Theophrasti Historia Plantarum *Basileæ* 1535. *fol.*

Vaillant *Sebastiani* Botanicon Parisiense *Leidæ* 1727. *fol.*

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

SALICORNIA.

1. Salicornia *herbacea.*
Kali geniculatum Barrel. *Ic.* 192.
Provenit copiosè *en la laguna de Gallocanta.*
Planta procumbens, aphylla, carnosa.
Pars hujus plantæ residua, quæ in crystallos coire recusat destillationi submissa sal volatile concretum suppeditat: hoc autem cum acidis consociato, pulvis cœruleus præcipitatur, qui cum *azureo Berolinensi* elegantiâ certat Henckel *Flora Saturnisans Append. c.* 2.

DIGYNIA.

CALLITRICHE.

2. Callitriche *verna* (1).
Oritur in aquis *Cæsaraugustæ*, *en Añon* &c.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

LIGUSTRUM.

3. Ligustrum *vulgare.*
Arbol del Paraiso, y de Alheña Laguna *l.* 1. *c.* 104 (1).
In sepibus non rarum.
Baccæ chartas lusorias rubro colore tingunt Linn. *Amœn. Acad. t.* 5. *Plantæ tinctoriæ.*

PHILLYREA.

4. Phillyrea *angustifolia*, Diosc. *l.* 1. *c.* 105.
Vernaculè *Olivillo.*
Habitat in montosis circà *Caspe*, *Alcañiz*, *en la Sierra de Arcos.*

VERONICA.

5. Veronica *spicata.*
Provenit *en Moncayo*, circà *Tronchon.*
6. Veronica *Officinalis.*

A Ve-

(1) Plin. *l.* [illegible] *c.* 8. (2) *Elegans angustif*[illegible]

Veronica.

Oritur in sylvis circà *Albarracin*, *Orihuela*, & alibi.

Planta, quæ ad pedes statuæ I. C. Cæsareæ Philippi nascebatur, teste Eusebio *Hist. l. 7. c.* 14. hanc nostram fuisse existimabat Melderus medicus Ulmensis: Francus *Veronica Thèezans.*

7. Veronica *alpina.*

Veronica minor alpina serpilli folio Clus. *Hist.* 2. *p.* 337.

Oritur in montosis propè *Val de-Linares.*

Planta in nostro solo glabra: quarè nullus dubito, quòd Clusii Synonymon ad hanc speciem pertineat, ut ipse Linnæus suspicatur *in Florâ Lapponicâ.*

8. Veronica *Beccabunga.*

In aquis non rara *Cæsaraugustæ* &c.

9. Veronica *Anagallis aquatica.*

Habitat cum priori *Cæsaraugustæ en el termino de las Fuentes.*

10. Veronica *austriaca.*

Occurrit mihi *en el monte de Xabalambre* circà *Camarena.*

Folia inferiora pinnatifida; superiora sinuata.

11. Veronica *Chamædrys.*

Veronica minor foliis imis rotundioribus Moris. 2. *p.* 320. *sect.* 3. *t.* 23. *f.* 2.

Habitat *en Moncayo, en el Monte de Herrera, en la Palomita, Val de-Linares.*

12. Veronica (*tenuifolia*) racemosa, foliis setaceo multifidis *Tab.* I. *f.* 1.

Chamædrys hispanica, foliis tenuissimè divisis C. Bauhin. *Prod. p.* 117.

Nascitur circà *Hijar*, *Alcañiz.*

Planta pedalis. Radix fibrosa. Caules teretes, pubescentes. Folia opposita, multifida, laciniis setaceis, sæpiùs pinnatis. Racemi plerumque terminales, etiam laterales. Flores cœrulei, pedunculati, subjectis bracteis linearibus.

13. Veronica *agrestis.*

In agris non rara *Cæsaraugustæ.*

14. Veronica *arvensis.*

Provenit *en el monte de Herrera*, & in pratis australibus.

15. Veronica *hederifolia.*

Habitat *Cæsaraugustæ*, *en Calamocha.*

16. Veronica *triphyllos.*

Legi *en la sierra de Villaroya* ad margines satorum.

Tab. I
pag. 2.



F. 1. Veronica tenuifolia F. 2. Messersmidia cancellata.

VERBENA.

17. Verbena *officinalis.*
Verbena Laguna *l.* 4. *c.* 61.
Juxtà fossas vulgatissima *Cæsaraugustæ, en Epila, Calatayud.*

LYCOPUS.

18. Lycopus *europæus.*
Habitat in udis *Cæsaraugustæ.*
Ad pannos nigro colore imbuendos Gallis inservire tradunt nonnulli *Iour. œcon.* 1762. *Avril.*

ROSMARINUS.

19. Rosmarinus *officinalis* (1).
Romero Laguna *l.* 3. *c.* 81.
In Aragoniâ calidiore vulgatissimus.
In fasciculos collectus ad usum foci divenditur.
Ex floribus cum spiritu vini destillatis *aqua Reginæ Ungariæ* obtinetur. Ex Rosmarino optima mella fiunt Jayme Gil *de las Colmenas trat.* 1. *c.* 5.

SALVIA.

20. Salvia *Officinalis.*
Salvia Laguna *l.* 3. *c.* 36.
Provenit copiosè *en el Castellar*, circà *Borja, Segura, Montalván, Teruel* &c.

21. Salvia *pratensis.*
Oritur circà *Badenas*, in pratis montanis *en la Palomita, Cantavieja, Linares* &c.

22. Salvia *verbenaca.*
Vernaculè *Balsamina.*
Habitat *Cæsaraugustæ, en Epila, Hijar, Caspe, Alcañiz* &c.

23. Salvia *Æthiopis.*
Hispanis *Oropesa.*
Provenit circà *el Frasno, Fortanete, Camarena* & alibi in Aragoniâ australi.

DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM.

24. Anthoxanthum *odoratum*, Schreber *Gram. p.* 49. *t.* 5.

(1) *Tratado de la quinta esencia del balsamo del romero por* Cosme Novella *Zaragoza* 1616. 8. Liber rarissimus.

Gramen anthoxanthon Cienfuegos *t. 6. part. 1. p. 86. Ic. 88.*
Gramen alopecurum, spicâ plumosâ, luteâ, villis crispis Barrel. *Ic. 124. n. 1.*
Provenit *en Moncayo, en el monte de Herrera*, in pratis montanis *en la Palomita* &c.
Eximium pabulum Schreber *l. c.*

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

VALERIANA.

25. Valeriana *rubra.*
Provenit circà *Villarluengo*, *Camarena*, *Badenas.*
Varietas foliis angustioribus in montosis propè *Montalván.*

26. Valeriana *calcitrapa.*
Oritur *en Moncayo, en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.*

27. Valeriana *dioica.*
Provenit *en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.*
Flores foliolo colorato distinguuntur.

28. Valeriana *officinalis.*
Valeriana Laguna *l. 1. c. 10.* Cienfuegos *t. 1. p. 776. t. 7. Ic. 3.*
Habitat *en la Palomita, en Linares, Camarena.*
Adversùs Epilepsiam commendatur Marchant *Act. Par.* 1706.

29. Valeriana *locusta.*
Ad agrorum aggeres *Cæsaraugustæ*, *en Hijar* &c.
Apud Belgas acetaria ingreditur.

CNEORUM.

30. Cneorum *tricoccum.*
Chamælea Diosc. *l. 4. c. 173.*
Habitat in agro Oscensi, undè ad me trasmissum.

GLADIOLUS.

31. Gladiolus *communis.*
Estoque yerva Laguna *l. 4. c. 22.*
Gladiolo Cienfuegos *t. 1. p. 633, 644.*
Oritur in agris *Cæsaraugustæ*, *en Segura.*
Ad scrophulas commendabat N. Espino in opere inscripto *Maravillosos secretos de Medicina, y Cirugia*, cujus autographum

possidebat noster Cienfuegos *l. c.*

IRIS.

32. Iris *Pseudo-acorus.*
Espadaña fina Cienfuegos *t.* 1. *p.* 625.
In humidis vulgaris *Cæsaraugustæ*, *en Calamocha*, *Epila* &c.
Flores flavo colore tingunt Denso *monatl. Beitrag. p.* 356.
Rustici Scoti ex hac plantâ cum vitriolo martis atramentum parant *Act. Angl. n.* 117.

CYPERUS.

33. Cyperus *longus.*
Hispanis *Juncia olorosa* Laguna *l.* 1. *c.* 4.
An Malinathalla Theophr. *l.* 4. *c.* 10?
Habitat in aquosis *Cæsaraugustæ*, & alibi.
Regum cadavera apud Scythas cypero odorato farciebantur Herod. *l.* 4.
34. Cyperus *flavescens.*
Provenit *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud &c.*
35. Cyperus *fuscus.*
Habitat *Cæsaraugustæ* ad ripas fluminis *Gallego.*

SCIRPUS.

36. Scirpus *palustris.*
Vulgatissimus in aquosis.
37. Scirpus *lacustris.*
Holoschœnus Diosc. Laguna *l.* 4. *c.* 53.
In humidis non rarus ubiquè ferè.
38. Scirpus *Holoschœnus.*
Provenit *Cæsaraugustæ* in paludibus.
39. Scirpus *sylvaticus.*
Habitat *Cæsaraugustæ*, *en Epila.*

ERIOPHORUM.

40. Eriophorum *polystachion.*
Gramen eriophoron Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 355. *Ic.* 357.
Gramen pratense, junceum, nutante, amplâ, sparsâ, & bombycinâ paniculâ Barrel. *Ic.* 12.
Habitat in pratis humidis *en la Palomita*, *en Cantavieja.*
Norvegi ex pappo cum lanâ mixto chirothecas conficiunt. Ad implendas culcitras, ad turundas vulnerarias, & varia lanificia

adhibetur Gunner. *Fl. Norveg. part.* 1. *p.* 66. Gleditsch *Abhand. p.*252.

NARDUS.

41. Nardus *ſtricta* Schreber *Gram. t.* 7.
Provenit circà *Oribuela, en la modorra de Badenas.*
Vermes naſcentes ex ovis, quæ ad radices Typulæ deponunt, à cornicibus expetuntur Scheber *l. c.*

LYGEUM.

42. Lygeum *Spartum* Loefling. *Iter p.* 365. *t.* 2.
Albardin Cienfuegos. *t.* 6. *part.* 1. *p.* 436. *Ic.* 446.
Noſtratibus audit *Eſparto*, quo nomine in aliis Hiſpaniæ Provinciis *Stipa tenaciſſima* indigitatur.
Provenit copioſè *Cæſaraugustæ en el Caſtellar*, circà *Fuentes*, *Hijar*, *Caſpe*, *Epila* &c.
Utiliſſima planta, ex quâ apud nos corbes, & funes conficiuntur.

DIGYNIA.

PHALARIS.

43. Phalaris *canarienſis.*
Alpiſte Cienfuegos *t.* 5. *p.* 428.
Oritur *Cæſaraugustæ*, *en Valde Urrea.*
Avicularum pabulum.

44. Phalaris *phleoides.*
Gramen, typhinum ſpicâ conoide, ſtriatâ, culmo violaceo Barrel. *Ic.* 21. *n.* 1.
Provenit *en el pinar de Loſilla* circà *Albarracin*, *en el monte de Herrera.*
Calycis glumæ ariſtatæ, oris albis. Folia mucronata.

PANICUM.

45. Panicum *verticillatum.*
In hortorum ambulacris frequenter obvium eſt.
Involucrum ex 16, aut 20 pilis conſtat.

46. Panicum *viride.*
Habitat cum priori.
Involucrum perſiſtens è pilis circiter decem.

47. Panicum *crus galli.*
Gramen paluſtre, arundinaceum milii paniculâ, ſemine phalari-

dis Barrel. *Ic.* 8.
Oritur *Cæsaraugustæ, en Ricla.*

48. Panicum *Dactylon.*
Dactylon Plin. *l.* 24. *n.* 119. alia planta.
Gramen crucis, seu cruciatum tetradactylon Barrel *Ic.* 753. *num.* 1.
Nascitur *Cæsaraugustæ, en Epila.*
Unicuique spiculæ denticulum subjectum est.

PHLEUM.

49. Phleum *pratense* Scheber *Gram. t.* 14.
Provenit *en la modorra de Badenas*, & in pratis montanis.

50. Phleum *nodosum.*
Gramen typhinum Dodonæi Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 254. *Ic.* 256.
Gramen typhoides arvense, radice tuberosâ Petiver *Gram. It. t.* 3. *f.* 1.
Oritur in pratis circa *Cantavieja*, sed rariùs.
Culmi declinati, geniculati.

ALOPECURUS.

51. Alopecurus *agrestis*, Schreber *Gram. t.* 19. *f.* 2.
Gramen cum caudâ muris, purpurascens I. Bauh. *Hist.* 2. *p.* 473.
In agris non rarus *Cæsaraugustæ, en Hijar.*

52. Alopecurus *geniculatus.*
In aquis frequenter occurrit.

53. Alopecurus *monspeliensis* Schreber *Gram.* 151. *t.* 20. *f.* 3.
Oritur *Cæsaraugustæ*, propè *la laguna de Gallocanta.*

MILIUM.

54. Milium *effusum.*
Provenit circa *Purujosa.*
Panicula rara, pauciflora. Folia plana, 4. aut 5. lineas lata.

55. Milium *paradoxum* Scopoli *Fl. Carn. t.* 1.
Habitat *en los montes de Rodanas, en la Sierra de Toved.*

AGROSTIS:

56. Agrostis *spica venti.*
Provenit *en el monte de Herrera.*
Ad pabulum commendat Kalm *Act. Stock.* 1747. *t.* 660.

57. Agrostis *rubra.*
Gramen serotinum arvense Rajus *Angl.* 394. *Hist. p.* 1288.
Oritur *Cæsaraugustæ, en Epila.*
Panicula in nostro solo vix purpurascens dici potest.

58. Agrostis *capillaris*, Stillingfleet *Misc. t.* 3.
Habitat *en la modorra de Badenas*, circà *Rodenas, en el monte de Herrera.*
Panicula lanceolata, stricta. Rami capillares.

AIRA.

59. Aira *aquatica.*
Provenit in humidis *Cæsaraugustæ.*

60. Aira *montana.*
Oritur in montosis propè *Oribuela.*

61. Aira *caryophyllea.*
Habitat *en la Sierra de Villaroya.*
Panicula ætate divergit. Spiculæ ovatæ, mucronatæ.

MELICA.

62. Melica *ciliata.*
Habitat *en el monte de Herrera, en Rodanas.*

63. Melica *nutans* Schreber *Gram. t. 6. f.* 2.
Oritur in montosis australibus; ut enumerare non adtineat.

64. Melica *cærulea* Lin. *Mant.* 2. *p.* 325. Aira *cærulea* Idem *Spec. Pl. p.* 95.
In pratis montanis frequens *en la Palomita, Cantavieja, Linares* &c.
Panicula densa, purpurascens infernè à folio obvolvitur: cautè distinguenda ab *Agrosti capillari*, quòd calyces gerat constanter unifloros, ut in Belgio etiam observavi.
Ad confirmandos aggeres utilis Bradlei *Farmer. direct. p.* 54.

POA.

65. Poa *trivialis.*
Ad agrorum margines, & justà vias.

66. Poa *angustifolia.*
Legi copiosè circà *Quinto, Alcañiz.*

67. Poa *annua*, Stillingfleet *Misc. t.* 7.
Passim ubiquè.
Cum *P. triviali* conjungit Ill. Hallerus *Helv. n.* 1466. à qu

68. Poa *rigida.*
Gramen paniculâ multiplici, majus Scheuch. *Agroſt. p.* 271.
Legi *Cæſarauguſtæ* ad muros.
Spiculæ cylindricæ, in plantâ adultâ divergunt.

69. Poa *compreſſa.*
Habitat *Cæſarauguſtæ en el monte torrero*, circà *Calcena.*
Panicula rigida. Spiculæ lanceolatæ, compreſſæ, ſubſexfloræ. Rami angulati.

70. Poa culmis proſtratis, foliis convolutis, ſpiculis ſubſeptemfloris.
An Poa paniculâ coarctatâ, ſecundâ, muticâ, foliis convolutis rigidis, culmo humifuſo Govan *Fl. Monſp. p.* 470?
Habitat propè *la Laguna de Gallocanta.*
Planta ſpithamæa. Culmi proſtrati; folia convoluta, rigidiuſcula. Spiculæ ovatæ, ſex, vel ſeptemfloræ. Nonnulla habet communia cum *P. littorali* Cl. Govani; an veró hæc noſtra ſpecies ad illam referri debeat, determinare non auſim, cum Icon *Graminis canini maritimi* C. Bauh. *Prod.* 4. quod in ſynonymiâ adhibuit Ill. vir, noſtræ ſtirpi non benè reſpondeat.

71. Poa *bulboſa, vivipara.*
Grama, ò heno minimo Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 76. *Ic.* 78.
Oritur in collibus circà *Alcañiz*, *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villoroya.*
Spiculæ cordato-lanceolatæ, apice foliola emittunt.

72. Poa *criſtata* Lin. *Syſt. nat. p.* 94.
Oritur copioſè *en el monte torrero*, *in pratis* montanis *en la Palomita* &c.

BRIZA.

73. Briza *media.*
Cedacillo Cienfuegos *t.* 5. *p.* 305. *Ic.* 310.
Gramen tremulum, ſeu phalaroides, minus, latâ, ſparſâ paniculâ Barrel. *Ic.* 16.
Frequens in pratis montanis *en la Palomita*, *Cantavieja*, *Linares*, circà *Badenas.*

DACTYLIS.

74. Dactylis *glomerata* Schreber *Gram. t.* 8. *f.* 2.
Paſſim juxtà vias *Cæſarauguſtæ* &c.
Gramen pro pabulo nimis durum. Canibus vomitum ciet.

CYNOSURUS.

75. Cynosurus *cristatus*, Screber *Gram. t.* 8. *f.* 1.
Gramen plantaginis spicâ glumosâ, digitatâ, heteromallum, majus, & minus Barrel. *Ic.* 27.
Provenit *en el monte de Herrera.*
Verveces hoc gramine saginati sapidissimi fiunt Scheber *l. c.*

76. Cynosurus *echinatus.*
Oritur in montosis circà *Calcena.*

77. Cynosurus *aureus.*
Grama aurea, ò dorada Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 157. *Ic.* 159.
Habitat in rupibus *en la sierra de Toved.*

FESTUCA.

78. Festuca *ovina* Stillingfleet *Misc. t.* 11.
Oritur *en Moncayo, en Rodanas, en la Sierra de Villaroya*, & in pratis montanis australibus.
Pabulum ovibus gratissimum Linn. *Amœn. Acad. t.* 4. *Ovis.*

79. Festuca *fluitans* Schreber *Gram. t.* 3.
Gramen aquis innatans Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 347. *Ic.* 349.
Gramen miliaceum aquaticum, brizæ locustis, semine rufo Barrel. *Ic.* 7.
Occurrit mihi *en Borja* ad rivulum *Sorban*, *en Calamocha*, & alibi.
Bonum pabulum equis præbet Schreber *p.* 39.
Hæc planta *semina mannæ* suppeditat, ex quibus in Septentrione placentæ fiunt Linn. *Amœn. Acad.* t. 3. *Plantæ esculentæ.*

80. Festuca *elatior* Schreber *Gram. t.* 2.
Gramen arundinaceum Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 335. *Ic.* 337.
Gramen arundinaceum, locustis viridi-spadiceis, loliaceis, breviùs aristatis Scheuch. *Agrost. p.* 266. *t.* 5. *f.* 18.
Habitat *en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.*
Bonum pabulum pro pecore Kalm *Act. Stock. t.* 7. *p.* 212.

BROMUS.

81. Bromus *mollis* Schreber *Gram. t.* 8. *f.* 2.
Passim ad agrorum margines.
Ad firmandam arenam mobilem laudat Schreber *p.* 61.

82. Bromus *arvensis*, Diosc. *l.* 4. *c.* 141.
Passim in agris.

A *B. tectorum* vix specie distinguitur.

83. Bromus *madritensis.*
Frequens *Cæsaraugustæ en el monte torrero.*

84. Bromus *pinnatus.*
Provenit in siccis, *Cæsaraugustæ en el monte torrero*, circà *Caspe, en el monte de Herrera* &c.
Bromus distachyos Linnæi, & *Festuca ciliata* Govani non differunt à nostro nisi spicularum numero: præterea flosculorum valvulas interiores sæpiùs ciliatas observavi in hac plantâ.

STIPA.

85. Stipa *pennata.*
Gramen pennatum Cienfuegos *t. 6. part. 1. p.* 130. *Ic.* 137.
Gramen sparteum, pennatum, majus Barrel. *Ic.* 46.
Provenit circà *Teruel*, *Alcalà de la Selva* &c.

86. Stipa *capillata.*
In siccis frequens, *en el monte torrero*, *en el de Herrera* &c.
Panicula rara, pauciflora.

AVENA.

87. Avena *elatior*, Schreber *Gram. t.* 1.
Legi *en la Sierra de Villaroya.*
Bonum pabulum Schreber *l. c.*

88. Avena *fatua*, Schreber *Gram. t.* 15.
Vernaculè *Ballueca*, & *Ballico.*
Avena silvestre Cienfuegos *t.* 5. *p.* 272. *Ic.* 282.
Festuca dumetorum, utriculis lanugine flavescentibus Barrel. *Ic.* 75. *n.* 4.
Pestis agrorum.

89. Avena *flavescens* Schreber *Gram. t.* 9.
Oritur *en la modorra de Bàdenas*,
Spiculæ ex viridi flavæ.

90. Avena *fragilis*, Schreber *Gram. t.* 24. *f.* 3.
Provenit in siccis *Cæsaraugustæ.*

91. Avena *pratensis.*
Provenit *en la Sierra de Villaroya*, in pratis montanis.
Spiculæ quadrifloræ culmo adpressæ.

ARUNDO.

92. Arundo *Donax.*
Caña Laguna *l.* 1. *c.* 94.

Cæsaraugustæ ad aquas vulgatissima.
In Aragoniâ nostrâ culmi alii juxtà alios positi, & religati asserum loco culcitris substernuntur.

93. Arundo *Phragmites.*
Vernaculè *Carrizo*: attamen hoc nomen omnibus calamariis, & arundinaceis plantis commune est.
Juxtá fossas ubiquè frequens.
Radix Chinæ succedanea Cláudinus *Ingres. ad infirm. p.* 178.
Panicula viridi colore tingit Linn. *Amœn Acad. t.* 5. *Pl. tinct.*

94. Arundo calicibus unifloris, extùs lanuginosis Gerard *Prov. p.* 105.
Habitat juxtà fossas *Cæsaraugustæ*, *en Epila.*
Culmus ferè bicubitalis. Panicula sericea, speciosa. Calyces membranacei, mutici, lanâ exteriore cincti. Corollæ minutæ. Cum flores omnes hermaphroditos observem, non video cur Cl. Linnæus *in Mant.* 2. synonimum Gerardi ad *Andropogonem Ravennæ* amandaverit.

LOLIUM.

95. Lolium *perenne.*
Nihil vulgatiùs in agris.

ELYMUS.

96. Elymus *Caput medusæ*, Schreber *Gram.* 17. *t.* 24. *f.* 2.
Habitat *en el pinar de Losilla* circà *Albarracin*, *en Calamocha.*

HORDEUM.

97. Hordeum *murinum* Plin. *l.* 22. *n.* 65.
Uulgatissimum juxtà vias.

TRITICUM.

98. Triticum *tenellum.*
Provenit *en Rodanas*, *en la Sierra de Villaroya.*
Variat plerumque calicibus septemfloris.

99. Triticum *repens.*
Grama vulgar de España Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 33. *Ic.* 35
Laguna *l.* 4. *c.* 32.
In agris, & hortis vulgare.
Proximè elapso sæculo, difficultate urgente frumentariâ, e radice panis parabatur in tractu Numantino (*tierra de Soria*) teste Cienfuegos *l. c.* Ex eâdem succus dulcis exprimitur Gl

ditsch *Act. Berol.* 1768.

100. Triticum calycibus subnovemfloris, flosculis hirsutis, aristatis.

Gramen loliaceum, corniculatum, spicâ partiali subhirsutâ, fragili Scheuch. *Agrost. p.* 38.

Provenit copiosè *en el Castellar*, nec alibi mihi visum.

Culmus ferè tripedalis. Spica disticha. Spiculæ 9, aut 10 flores continent. Flosculi hirsuti aristati. Calycis glumæ etiam aristatæ, post flosculorum defluvium persistentes. Ob hanc notam singularem Scheuchzeri synonymum huc retuli. Triticum à Cl. Hallero *n.* 1432. propositum huic nostro proximè accedit.

TRIGYNIA.

MONTIA.

101. Montia *Fontana.*

Ad fontes non rara.

HOLOSTEUM.

102. Holosteum *umbellatum* Loefling. *Iter. p.* 171.

In agris *Cæsaraugustæ* non rarum.

Caulis supernè pubescens.

POLYCARPON.

103. Polycarpon *tetraphyllum.*

Provenit locis gramineis *Cæsaraugustæ*, *en Caspe.*

TETRANDIA.

MONOGYNIA.

GLOBULARIA.

104. Globularia *Alypum.*

Vernaculè *Cebollada*, *Bocha.*

Non est *Alypum* Diosc. *l.* 4. *c.* 180.

Globularia fruticosa, myrti folio, rigido, nunc tridentato, nunc plano Shaw *Afric. n.* 267. Africanis *Tesselgah.*

Provenit *en Tolocha*, *en el Castellar*, in collibus circà *Hijar*, *Caspe.*

Purgat ad flagitium usquè.

105. Globularia *vulgaris.*

Oritur *en Tolocha*, circà *Badenas*, *en el monte de Herrera.*

106. Globularia *cordifolia.*
Habitat in rupibus circà *Calcena*, *Montalván.*
Folia in meis speciminibus vix dentata. Scapus pollicaris.

DIPSACUS.

107. Dipsacus *fullonum.*
Cardencha Laguna *l.* 3. *c.* 11.
Passim juxtà fossas.
Ad carminandos pannos lanariis nostris inservit: & ad hoc in Galliâ colitur *Iourn. œcon.* 1760. *Novembre.*

SCABIOSA.

108. Scabiosa *succisa.*
Succisa morsus diaboli Cienfuegos *t.* 3. *p.* 291. *t.* 7. *Ic.* 442.
Habitat in udis *en Linares*, *Alcalà de la Selva.*
Viridi colore tingit *Iourn. œcon* 1762. *Avril.*
Fabri decoctum adhibent ad sananda vulnera equum pedibus à clavis inflicta Schaarschmidt *Therap. p.* 270.

109. Scabiosa *arvensis.*
Escabiosa mayor de los sembrados Cienfuegos *t.* 7. *Ic.* 426. *t.* 3. *p.* 28.
Legi copiosè circà *Montalván.*

110. Scabiosa *columbaria.*
Scabiosa peregrina, integris, seu bellidis foliis altera Barrel. *Ic.* 223.
Cæsaraugustæ vulgaris ad agrorum margines; *en Epila* &c.
Folia radicalia spatulata, crenata, integra; sæpiùs etiam infernè pinnatifida.

111. Scabiosa *stellata.*
Habitat circà *Cæsaraugustam.*
Folia pinnatifida, hirsuta.

112. Scabiosa corollulis quinquefidis, foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis linearibus, bipinnatis.
Habitat circà *Badenas*, *Aliaga.*
Caules cubitales, subhirsuti. Folia radicalia laciniata, caulina duplicatò pinnata; pinnis ultimis linearibus, acutis. Flores cœrulei, radiantes. Icon, quâ Ill. Iaquinius *Obs. t.* 73, 74. *S. ochroleucam* repræsentavit, adeò exactè præsentem sirpem refert, ut cum illâ conjungere non dubitarem, nisi prima flores luteos haberet, nostra verò cœruleos; quæ quidem variatio in eâdem specie difficillimè obtinet. An ergò sit sufficienter

distincta, determinent alii.

SHERARDIA.

113. Sherardia *arvensis.*
Asperula flore carneo, acuto folio Barrel. *Ic.* 541. *n.* 1.
In agris frequens *Cæsaraugustæ*, & alibi.
114. Sherardia *muralis.*
Legi in rupibus *en el monte de S. Ginès* propè *Rodenas.*
Flores 4, vel 5 verticillati, pedunculis unifloris.

ASPERULA.

115. Asperula *arvensis.*
In agris frequenter obvia est, ut nominare non adtineat.
116. Asperula *rotundifolia.*
Provenit *en el pinar de Losilla* circà *Albarracin.*
117. Asperula *cynanchica.*
Oritur *en el monte torrero.*

GALIUM.

118. Galium *palustre.*
Galium aquaticum flore albo Barrel. *Ic.* 82.
Provenit copiosè in pratis humidis *en Calamocha.* Synonymum Barrelieri ad aliam speciem retulit Hallerus *Helv. n.* 713.
119. Galium *verum*, Diosc. *l.* 4. *c.* 97.
Quaxa leche.
Ubiquè vulgare.
Radices rubrum colorem largiuntur; flores verò cum alumine, luteum Linn. *Amoen. acad. t.* 5. *Pl. tinct.* Ad morbos hystericos cum successu adhibuit Cl. Iussieu Lin. *Amœn. t.* 4. *Censura simpl.*
120. Galium *sylvaticum.*
Rubia sylvestris lævis I. Bauh. *Hist.* 3. *p.* 716.
Frequens juxtà vias, & ad margines agrorum.
Radix rubro tingit Arduini *Mem. I. p.* 55.
121. Galium *Aparine.*
Amor de hortelano Laguna *l.* 3. *c.* 98.
Locis ruderatis vulgatissimum.
122. Galium *parisiense.*
Habitat circà *Borja.*
123. Galium caule anguloso, foliis senis, subasperis, aristatis Haller. *Helv. n.* 715.

Galium album, minimum, ſpaniospermon Barr. Ic. 57.
Naſcitur in rupibus *en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.*
Folia ſetacea, ariſtata, quaſi imbricata. Pedunculi bifidi, etiam trifidi. Uariat foliis octo, vel novem.

RUBIA.

124. Rubia *tinctorum.*
Rubia Laguna *l.* 3. *c.* 154.
Vernaculè *Roya*, ſeu *Royuela.*
Oritur in vineis *Cæſarauguſtæ*, *en Calatayud*, *Epila* &c.
Vis tinctoria hujus plantæ 200 abhinc annis Hiſpanis cognita erat, teſte Laguna *l. c.* Oſſa animalium rubro colore tingit *Act. Par.* 1739. *p.* 1. Circà ejus culturam vide *Iour. œcon.* 1764.
125. Rubia *peregrina.*
Habitat in ſepibus *Cæſarauguſtæ*, *en el monte de Herrera.*
Folia ex elliptico lanceolata, lucida, avenia, ſerraturis ſubſpinoſis. Pedunculi ſæpiùs dichotomi, rariùs trichotomi.

PLANTAGO.

126. Plantago *major.*
Llanten Luguna *l.* 2. *c.* 115. vox Arabica occurrit apud *Ebn Aluam* rei ruſticæ ſcriptorem. Vide Caſiri *Bibl. Eſcur. t.* 1. *p.* 336. Ubiquè vulgatiſſima.
127. Plantago *lanceolata*, Laguna *l.* 2. *c.* 115.
Oritur copioſè juxtà foſſas.
2. Varietas: foliis tomentoſis.
Plantago foliis lineari-lanceolatis, pubeſcentibus, ſpicâ ſubrotundâ, nudâ, ſcapo ſubangulato foliis longiore Gerard *Prov. p.* 333.
Plantago anguſtifolia, tota tomentoſa Griſlei *Virid. Luſit. p.* 69.
Habitat *en el monte de Herrera.*
128. Plantago *lagopus.*
Provenit *en el monte torrero*, *en Monegrè de Rodanas.*
Foliorum dentes vix conſpicui.
129. Plantago *albicans.*
Holoſteum Salmaticenſe Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 415. I[illegible] 417 (1).

H

Holosteum Salmanticum pusillum, annuum Grislei *Virid. Lusit. p.* 50.
Cæsaraugustæ frequens, *en Epila*, *Calatayud* &c.
Varietas duplex.

130. Plantago *alpina*.
Oritur copiosè *en Moncayo*, *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya*, circà *Tronchon*, *Cantavieja* &c.
Optimum pabulum Haller *Helv. n.* 657.

131. Plantago *Coronopus*.
Yerva estrella Laguna *l.* 2. *c.* 119. aliis audit *Estrellamar*.
Passim locis glareosis.
Ad morsum rabidi canis laudabat Dampier *Act. Angl. n.* 451. In Hispaniâ nostrâ edulis Cienſuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 174. *y aun en España se come el Coronopo con nombre de* Estrellamar.

132. Plantago *Psyllium*.
Zaragatona Laguna *l.* 4. *c.* 71. Nomen ex duabus vocibus arabicis compositum, nempè à *bazar*, & *katona* suppreso *b*, quasi dixeris *semen Psyllii*. Utitur voce *katona* Rhases *de Variolis*, *& morvillis* ed. Ioan. Channing *Lond.* 1766. 8. *p.* 164.
Habitat *en el monte Torrero*, circà *Hijar*, *Calanda*. Semen ad serica nigro colore imbuenda requiritur Macquer *teint. en soye p.* 62.

133. Plantago *Cynops*.
Oritur in sterilibus *Cæsaraugustæ*.
Folia hirsuta, rigidiuscula, canaliculata.

CORNUS.

134. Cornus *sanguinea*.
Provenit in sepibus.
Baccæ oleum ad lampades præbent Arduini *Mem. p.* 101.

CAMPHOROSMA.

135. Camphorosma *monspeliensis*.
Oritur juxtà vias *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud* &c.
Folia faſciculata, hirsuta. Stamina 4 semper numeravi. Foliorum infuſum ad hydropem, & asthma laudatur *Act. Par.* 1703. *p.* 54, 55.

ALCHEMILLA.

136. Alchemilla *vulgaris*.
Pie de leon Laguna *obs. ad l.* 4. *c.* 121. Cienfuegos *t.* 6. *part.*

Provenit copiosè *en Valde Linares*, circà *Calcena.*

Vaccarum lac optimum reddit; ideòque Cl. Linnæus hujus culturam in Sueciâ commendavit *Iour. œcon.* 1762. *Mai.*

Cienfuegos *Ib. p.* 635. *Mucho me admiro de los censores de libros de nuestros tiempos, que no han censurado, y tildado á Laguna como quien escribe contra* bonos mores, *aunque su intento es remediar los daños, que ellos causan, y encubrir los defectos de naturaleza, con lo que en vulgar escribe de la Alchimilla, tomandolo á la letra de Mathiolo.*

137. Alchemilla *argentea.*

Pentaphyllum alpinum minimum Cienfuegos *t.* 6. *part.* 2. *p.* 596. *Ic.* 602.

Alchimilla pentaphyllea Munting. *Phyt.* 19. *f.* 20.

Oritur *en Moncayo.*

DIGYNIA.

138. Cuscuta *europæa.*

Epitimo Laguna *l.* 4. *c.* 179. Cienfuegos *t.* 3. *p.* 355.

Nascitur aliorum stirpium parasitica.

139. Hypecoum *procumbens.*

Hispanis *Pamplina.*

In agris frequens *Cæsaraugustæ* &c.

140. *Hypecoum pendulum.*

Hypecoum Clusii, tenuifolium, flore pallido Barrel. *Ic.* 352.

Habitat cum priori: copiosè *en Calcena.*

TETRAGYNIA.

ILEX.

141. Ilex *Aquifolium.* Plin. *l.* 16. *c.* 24.

Acebo: sed non est *Paliurus* Dioscor. ut putat Laguna *l.* 1. *c.* 101.

Provenit copiosè *en Moncayo*, *Calcena.*

Ex cortice interiore fermentationi submissâ viscum paratur Du Hamel *Arb.* I. *p.* 64.

POTAMOGETON.

142. Potamogeton *natans*, Diosc. *l.* 4. *c.* 102

In aquis copiosè *en Epila.*

143. Potamogeton *densum.*

144. Potamogeton *gramineum.*
Provenit in flumine *Xiloca en Monrreal del Campo, Calamocha, Daroca.*

SAGINA.

145. Sagina *erecta.*
Chamælinum gramineo, seu acuto folio Barrel. *Ic.* 1165. *n.* 2.
Legi *en la Sierra de Villaroya.*
Caulis rigidus, filiformis. Folia radicalia congesta, acuta. Flores vix aperiuntur: petala calyce breviora.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

HELIOTROPIUM.

146. Heliotropium *europæum.*
Tornasol Laguna *l.* 4. *c.* 192.
Provenit *Cæsaraugustæ, en Epila.* &c.

MYOSOTIS.

147. Myosotis *scorpioides.*
Non est *Myosotis* Diosc. *l.* 2. *c.* 174.
Oritur in montosis, apricis, *en el monte de Herrera, en Tolocha* &c.
148. Myosotis *Lappula.*
Echioides minus, globoso, echinato, & singulari semine Barrel. *Ic.* 1246.
Guettarda Manetti *Virid. Flor. n.* 478.
Provenit *en Calanda, en la Palomita.*
149. Myosotis *apula.*
Symphytum Echii folio angustiore, radice rubrâ, flore luteo Tournef. *Inst. p.* 131.
Echium luteum, minimum, hispanicum Barrel. *Ic.* 1254.
Habitat in collibus circà *Quinto, Caspe.*

LITHOSPERMUM.

150. Lithospermum *officinale*, Diosc. *l.* 3. *c.* 152.
Lithospermo menor Cienfuegos *t.* 5. *p.* 596.
In agris vulgatissimum.
151. Lithospermum *arvense.*
Habitat cum priori.

152. Lithospermum *purpureo-cœruleum.*
Oritur in sylvis circà *Tronchon.*
Caulis ferè sesquipedalis, floriger erigitur, at frustifer decumbit. Folia lanceolata in petiolum decurrentia, scabra. Flores axillares, solitarii, racematim dispositi.

153. Lithospermum *fruticosum.*
Anchusa frutescens tenuifolia, flore cœruleo vivacissimo Grislei *Virid. Lusit. p.* 18.
Habitat in siccis circà *Hijar*, *Caspe*, *Alcañiz*, *Calanda*, *Ariño* &c.
Flores speciosi purpurei, etiam cœrulei. Folia strigosa, linearia.

ANCHUSA.

154. Anchusa *officinalis.*
Buglossum Diosc. *l.* 4. *c.* 129. non Anchusa ejusdem *l.* 4. *c.* 25.
Buglosa vulgar Cienfuegos *t.* 3. *p.* 364. *b.*
Bulglossum sylvestre Barrel. *Ic.* 326.
In agris frequens *Cæsaraugustæ*, *en Belchite* &c.
Corollam apes subeunt, Scopoli *Fl. Carn.* I. *p.* 122.
Flores cum alumine viridi colore tingunt Linn. *Amæn. Acad. t.* 5. *Pl. tinct.*

CYNOGLOSSUM.

155. Cynoglossum *officinale.*
Lengua de perro Laguna *l.* 4. *c.* 130.
Cinoglosa Cienfuegos *t.* 3. *p.* 373. *t.* 7. *Ic.* 498.
Ad agrorum margines *Cæsaraugustæ*, & alibi.

156. Cynoglossum *cheirifolium.*
Cinoglosa 2 diferencia Cienfuegos *t.* 3. *p.* 374. *t.* 7. *Ic.* 496.
Provenit *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Hijar* &c.
Variat foliis spatulatis.

SYMPHYTUM.

157. Symphytum *officinale.*
Consuelda Laguna *l.* 4. *c.* 11.
Oritur circà *Barbastro.*
Radicis decocto super laccam effuso, color kermesinus obtinetur Hellot *art de la teint. c.* 15. Glutine symphyti lana caprarum Ancyranarum faciliùs in fila ducitur, Leisten *Chem. Tillamp. p.* 25.

ASPERUGO.

158. Asperugo *procumbens*.
Paſsim locis ruderatis.

LYCOPSIS.

159. Lycopsis *arvensis*, Dioſc. *l.* 4. *c.* 28.
In agris frequenter occurrit.
Caulis tuberculatus, hiſpidus.

ECHIUM.

160. Echium *italicum*.
Echium flore albo, & carneo Griſlei *Virid. Luſit. p.* 34.
Provenit circà *Cariñena*, *Piedrahita*.

161. Echium *vulgare* Dioſc. *l.* 4. *c.* 29.
In agris vulgatiſsimum.

MESSERSMIDIA.

162. Meſſerſmidia (*cancellata*) foliis lanceolatis, hiſpidis, capſulis cancellatis *Tab. I. f.* 2.
Cerinthe foliis lanceolatis, caulibus ramoſis, floribus vix calycem ſuperantibus, fructibus cancellatis Quer *Fl. Eſp.* 4. *p.* 145. *tab.* 25.
Provenit circà *Tronchon*.
Planta pedalis. Radix fibroſa, rufeſcens. Caules piloſi, ramoſi. Folia radicalia lanceolata, obtuſiuſcula, duas circiter lineas lata, hiſpida: caulina ſimilia, ſenſim anguſtiora. Infloreſcencia racemoſa. Flores cœrulei, pedunculati. Calyx quinquepartitus, laciniis linearibus. Corolla infundibuliformis: tubus ſubcylindricus; limbus quinquefidus. Stamina quinque tubo inſerta, breviſsima: antheræ ſimplices. Germen ovatum, acutum. Stylus brevis, filiformis: ſtigma obtuſum. Capſula coriacea, umbilico retuſo, quatuor prominentiis notata, bilocularis. Semen unicum in ſingulo loculo hinc convexum, indè angulatum.
Semina duo numeravit Quer; nos autem, & optimus præceptor unicum tantùm obſervavimus. Ad *Meſſerſmidiæ* genus revocare maluimus hanc rariſsimam ſtirpem, cùm nec habitu, neque fructificatione ad *Cerinthem* accedat.

ANDROSACE.

163. Androſace *maxima*.

Non est *Androsace* Diosc. *l.* 3. *c.* 144.
Provenit in agris *Cæsaraugustæ.*

PRIMULA.

164. Primula *veris.*
Primula veris 1. Matth. Cienfuegos *t.* 2. *p.* 258. *Ic.* 262.
Oritur *en Moncayo*, circà *Calcena*, in pratis montanis *la Palomita*, *Cantavieja*, *Linares* &c.

165. Primula *farinosa.*
Primula veris de flor bermeja Cienfuegos *t.* 2. *p.* 276. *Ic.* 280.
Provenit in pratis montanis *en la Palomita*, *Cantavieja.*

166. Primula *Vitaliana.*
Legi in summo monte *Xabalambre* circà *Camarena.*
Folia congesta, linearia, mollia. Semina tria constanter numeravi.

LYSIMACHIA.

167. Lysimachia *vulgaris* Diosc *l.* 4. *c.* 3.
Ad aquas non rara *Cæsaraugustæ* &c.
Flores ad induranda coria utiles Gleditsch *Act. Berol.* 1754. *p.* 124. *seq.*

168. Lysimachia (*Otani*) racemosa, capsulis quinquevalvibus, foliis oppositis lanceolatis, subtùs inpunctatis *Tab. II. f.* 1.
Ephemerum Matthioli C. B. *Pin.* 244. Bauh. *Hist.* 2. *p.* 905. Dodon. *Pempt. p.* 203.
Ephemerum Matthioli, vel potiùs Ephemerum spurium Lobel. *Obs. p.* 191.
Provenit ad ripas rivuli *la Guerba* propè Cæsaraugustam loco appellato *la Almotilla*; *en Alcalá de la selva.*
Obscura est admodùm hujus stirpis historia. Matthiolus *in Diosc. p.* 780. Ephemerum antiquorum illustrare satagens, plantam pinxit, quam ex appositâ figurâ, & descriptione nullo modo possis agnoscere.
Ab hac omninò recedit quæ sub *Ephemeri Matthioli* nomine à Dodonæo, & Lobelio proposita est: quam quidem eandem esse cum nostrâ ex sequenti descriptione facilè patebit.
Planta tricubitalis. Radix multiceps, fibrosa, horizontaliter sese diffundens. Caulis teres fistulosus, glaber. Folia opposita, lanceolata, integerrima, glauca, nullis punctis notata. Inflorescentia terminalis, racemosa. Pedunculi communes angulati. Flores albi propriis pedicellis sustentantur, subjectis

Tab. II.
Pag. 22.



F. 3. Arenaria montana.



F. 1. Lyſimachia Otani.



F. 2. Salſola vermiculata.

bracteis linearibus, alterni, sæpiùs in summitate oppositi. Calycis laciniæ 5, ovatæ, oris membranaceis. Corolla rotata, quinquepartita, laciniis obtusis. Stamina quinque, antheris incumbentibus. Germen subrotundum; stylus longus; stigma obtusiusculum. Capsula globosa, unilocularis, quinquevalvis. Semina plura angulata, receptaculo punctato affixa.

A *Lysimachiâ Ephemero*, quam in horto Amstælodamensi sæpiùs observare licuit, abundè distinguitur magnitudine, capsulis quinquevalvibus, floribus albis, foliis inpunctatis.

Lysimachiam Otani appellare placuit, quòd *Franciscus Otano* hanc rarissimam stirpem primus in agro Cæsaraugustano detexerit.

ANAGALLIS.

169. Anagallis *arvensis*, Diosc. *l.* 2. *c.* 169.
Hispanis *Murages.*
In agris vulgatissima.
Ad morsum rabidi canis cum successu adhibebat Cl. Barbe Pharmacopæus Parisiensis *Iour. œcon.* 1763. *Novembre.* Amant oves Schreber *Samml. III. p.* 315.

170. Anagallis *latifolia.*
Anagallis femina, latifolia, minor Grislei *Virid. Lusit. p.* 17.
Provenit *Cæsaraugustæ*, *en Calamocha.*

PLUMBAGO.

171. Plumbago *europæa.*
Vernaculè *Belesa.*
Dentelaria Cienfuegos *t.* 6. *part.* 2. *p.* 687.
Oritur juxtà vias *Cæsaraugustæ*, *en Calatayud*, *Calanda* &c.
Planta acerrima, urens.
Cienfuegos *Ibid. p.* 688.... *y aun en los montes de Aragon algunos quieren, que sea diverso genero de ella, y usan de ella para causticos, y quitar lamparones, vexigatorios, y retorios, ò fuentes la gente de las montañas de Balbastro, haciendose vexigas con ella detràs de las orejas para dolores de cabeza.*

CONVOLVULUS.

172. Convolvulus *arvensis.*
Enredadera; vernaculè *Correguela*, quo nomine *Corrigiolam* aliis locis appellant.
In agris frequens.

173. Convolvulus *ſepium.*
Yedra campana Laguna *l.* 4. *c.* 146.
In ſepibus vulgaris.
174. Convolvulus *lineatus.*
Convolvulus minor ſpicæfolius, hiſpanicus Barrel. *Obſ.* 30. *Ic.* 311. Varietas.
Oritur copioſè *en el monte torrero*, *en Epila*, *Calatayud*, *Tronchon* &c.
Planta ſæpiús vix pollicaris, decumbens.
175. Convolvulus *Cantabrica.*
Convolvulus non Convolvulus, anguſtifolius Munting. *Phyt.* 29. *f.* 140.
Provenit circà *Calatayud*, *Brea.*
Caules pedales. Folia anguſtiora quàm in C. *lineari.*
In eâdem Hiſpaniâ inventa ſic Cantabrica, per Divi Auguſti tempora à Cantabris reperta Plin. *l.* 25. *c.* 47.

CAMPANULA.

176. Campanula caule unifloro, foliis crenatis, calycibus cernuis.
An varietas C. *pullæ* Linnæi? Confer Iacquin *Obſ. p.* 30. *tab.* 18.
Oritur in collibus circà *Hinojès*, in montoſis propè *Villar del Saz*, *Oribuela* &c.
Planta ſpithamæa. Caules filiformes. Folia inferiora petiolata, ovata, crenata: Suprema linearia, ſeſſilia. Flores magni, nutantes, caules terminant. Icon C. *pullæ* apud Iacquinium ſatis benè huic ſtirpi reſpondet; ſed folia ſuperiora ſubrotunda pinguntur, quod in noſtris ſpeciminibus non obtinet.
177. Campanula *Rapunculus.*
Oritur in pratis montanis *en la Palomita*, *Cantavieja*, *Alcalá de la Selva* &c.
Radix edulis Linn. *Amœn. t.* 3. *Pl. eſculentæ.*
178. Campanula *perſicifolia.*
Habitat propè *Rodenas.*
179. Campanula *Trachelium.*
Provenit circà *Badenas*, in pratis montanis.
180. Campanula *glomerata.*
Rapunculus caliculatus Barrel. *Ic.* 523. *n.* 3.
Naſcitur circà *Camarena*, *Badenas*, *en el pinar de Loſilla* circ Albarracin.

PHYTEUMA.

811. Phyteuma *orbicularis.*
Phyteuma Diosc. *l.* 4. *c.* 131. obscura.
Rapunculus corniculatus, cœruleus, minor Barrel. *Ic.* 525.
Provenit circà *Aliaga en el barranco de la hoz.*

SAMOLUS.

182. Samolus *Valerandi.*
Provenit *Cæsaraugustæ, en el termino de las fuentes.*

LONICERA.

183. Lonicera *Caprifolium.*
Madreselva Laguna *l.* 4. *c.* 15. Periclymenum Diosc. non differt à nostrâ.
Periclymenum perfoliatum Grislei *Virid. Lusit.* *p.* 68.
In sepibus vulgaris; etiam in sylvis; *en la Sierra de Arcos*, propè *Rodanas, en el desierto de Calanda.*
Ad exanthemata valet, sed negligitur Linn. *Amœn. t.* 5. *Obst. medic.*

184. Lonicera *Periclymenum.*
Oritur *en Moncayo.*

185. Lonicera *Xylosteum.*
Caprifolium erectum, minus, Xylostei Dodonei species Barrel. *Ic.* 511.
Provenit *en la Palomita, en el avellanar del Collado* circà *Badenas*, in sepibus &c.
Folia ovata, acuta, mollia. Flores albi.

CORIS.

186. Coris *monspeliensis.*
Oritur *Cæsaraugustæ, en Montolar*, circà *Hijar*, *Alcañiz*, *Montalván* &c.
Africani ad luem veneream hac plantâ utuntur Shaw *Afric.* *n.* 171.

VERBASCUM.

187. Verbascum *Thapsus.*
Gordolobo Laguna *l.* 4. *c.* 105.
Habitat in aridis *Cæsaraugustæ, en Rodanas*, & *alibi.*
Morbis pulmonum bovillæ gentis medetur Scopoli *Fl. Carn.* I. *p.* 155. Semina ad pisces capiendos inserviunt Boccone *Mus. di Fis.* *p.* 212.

188. Verbascum *nigrum.*
Provenit in ruderatis *Cæsaraugustæ* &c.

189. Verbascum *Blattaria.*
Nascitur copiosè *Cæsaraugustæ*, *en Cariñena*. Blataria flore albo Corvini Barrel. *Ic.* 1249. hujus varietas.

190. Verbascum *sinuatum.*
Provenit *en Epila*, *Brea* &c.

DATURA.

191. Datura *stramonium.*
An Solanum furiosum Diosc. *l.* 4. *c.* 75? Lepidam historiam de Francisco Duce Lotharingiæ fabulatur Laguna *obs. ad l.c.*
Locis ruderatis non rara.
Planta venenata, & Antonii copiis olim exitialis. De hac intelligi debere putat Trillerus in *pec. diſſert.* locum Appiani *de bellis Parthicis.* Turcæ semina edunt Linn. *Amœn. t.* 6. *Inebriantia.*

HYOSCYAMUS.

192. Hyoscyamus *niger.*
Veleño Laguna *l.* 4. *c.* 70.
In ruderatis frequens.
Aqua ex hac plantâ destillata, quam Ferdinandus I. Aragoniæ Rex ad dolores nephriticos levandos potavit, periculosum ei soporem induxit *Chronica de Don Juan II. cap.* 225.
Ova, quæ ad folia *Cimex hyoscyami* deponit chartam tingunt pulchro colore kermesino *Act. Angl.* 1671. Seminibus gallinæ saginantur *Iour. œcon.* 1765. *Mai.*

193. Hyoscyamus *albus.*
Frequens *Cæsaraugustæ* in fimetis.

ATROPA.

194. Atropa *Belladona.*
Habitat circà *Cantavieja*, *Camarena.*
Planta venenata. Folia ad cancrum laudat Linn. *Amœn. t.* 4. *Censura simpl.*

PHYSALIS.

195. Physalis *Alkekengi.*
Vexiga de perro Laguna *l.* 4. *c.* 73.
Provenit *en Seno* circà *Castellote*, in montosis propè *Beceite.*
Non huius plantæ fructus in Hispaniâ edules sunt, ut asserit

Hallerus *Helv. n.* 577. sed *Physalidis minimæ* baccæ.

SOLANUM.

196. Solanum *Dulcamara.*
Oritur juxtà fossas *Cæsaraugustæ, en Epila* &c.
Ad icterum valet Hill *Knowl. of plants.*

197. Solanum *nigrum.*
Yerva mora Laguna *l.* 4. *c.* 72.
Passim in sepibus, & ruderatis.
Succus mures arcet, & paronychiæ medetur Linn. *Gotl. resa p.* 209.

LYCIUM.

198. Lycium *europæum* Linn. *Syst. nat. p.* 177.
Hispanis *Cambronera* : vernaculè *Artos.*
Provenit in sepibus *Cæsaraugustæ, en Epila, Hijar, Alcañiz, Calatayud* &c.
Flores colore sordido. Folia spatulata, obliqua carnosa, congesta.

RHAMNUS.

199. Rhamnus *infectorius*, Linn. *Syst. nat. p.* 178.
Rhamnus Lycium Scopoli *An.* 2. *p.* 44.
Provenit *en el monte de Herrera.*
Folia ovata, crenata.
Baccæ appellantur *Graine d'Avignon* : pictoribus, & infectoribus ad flavum colorem inserviunt Du Hamel *Arb. II. p.* 215. Earum ope etiam coria tinguntur Cl. la Lande *Art du Maroquin p.* 23.

200. Rhamnus (*Aragonensis*) spinosus, floribus quadrifidis, hermaphroditis, foliis fasciculatis, linearibus, supernè latescentibus.
Lycium angustifolium, hispanicum Barrel. *Ic.* 996, sed folia pingit mimis angusta.
Provenit in montosis circà *Cæsaraugustam, Caspe, Epila, Pozuelo* &c.
Frutex bipedalis, cortice glabro. Rami spinosi spinis terminalibus. Folia glabra, fasciculata, linearia, supernè latiora. Flores herbacei, hermaphroditi, congesti, pedunculati. Calyx quadrifidus, stamina 4. & totidem squamulæ. Styli 2. vel tres. Bacca bi, aut trilocularis, nigra.
Baccæ flavo colore tingunt, & quidem constanti. Cum hic frutex in Aragoniâ copiosè proveniat, operæ pretium

plorare an Rhamno orientali *Cassiari Gebira* dicto substitui posset ad tingenda coria, vulgò *Tafiletes.*

201. Rhamnus *Frangula.*
Oritur *en Moncayo*, circà *Oribuela*, *Tronchon.* Hujus carbones ad pulverem pyrium omnium optimi Du-Hamel *Arb. I. p.* 246. Cortex flavum colorem largitur *Jour. œcon.* 1762. *Mai.* Rob ad ovium scabiem Sagar *morb. epid. p.* 56.

202. Rhamnus *Alaternus*
Vernaculè *Palo mesto*, & *Palo de Bañon.*
Provenit in montosis circà *Calatayud*, *Calcena*, *Bañon*, & alibi.
Lignum sanguinem contemperare credunt nostrates.

203. Rhamnus *pumilus*, Linn. *Syst. nat. p.* 179.
Alaternus saxatilis, folio subrotundo, subtùs incano Quer *Fl. Esp. II. p.* 202. *tab.* 27.
Rhamnus rupestris Scopoli *Fl. Carn. tab.* 5.
Habitat in rupibus circà *Badenas*, *Aliaga.*
Frutex in rupium fissuris radicatus, & eas obvestiens.
Folia elliptica, crenata, vix subtùs villosa. Baccæ trispermæ.

EUONYMUS.

204. Evonymus *europæus*, Theophr. *l.* 3. *c.* 18.
Bonetero.
Habitat *en la peña cerrada de Fortanete*, circà *Linares.*
Folia conjugata, glabra, ovato-lanceolata, vix serrata. Pedunculi axillares: capsulæ quadrangulæ.
Lignum fabris tornneariis vomitum ciet *Act. Stock.* 1764. *trim. III.* Arilli seminum tinctoriam vim habent I. Bauh. *Hist.* I. *part.* 2. *p.* 190.
Fructus cum putamine siliquæ sesamo proximus. . . hic pecus enecat gustatus Theophr. *Ibid.*

RIBES.

205. Ribes *alpinum.*
Provenit *en Val de Linares.*
Folia tripartito-laciniata. Petala subrotunda, fulva.

206. Ribes *Grossularia.*
Oritur *en Val de Linares*, *Alcalá de la Selva*, *Oribuela.*
Baccæ omphacii succedaneæ in re culinariâ Du-Hamel *Arb. I. p.* 280.

HEDERA.

Hedera *Helix*

Yedra Laguna *l.* 2. *c.* 170.
Antiqui vocabant *Cazuz*, nomen prorsùs arabicum Gol. 1903. Casiri *Bib. Escur. I. p.* 336. (1).
Provenit in sepibus, *en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.*
Resina de hoc fructice deffluit Du Hamel *Arb. I. p.* 291.

ILLECEBRUM.

208. Illecebrum *verticillatum.*
Oritur juxtà vias, & agros *Cæsaraugustæ* &c.
Imperiti Pharmacopæi hujus radicem pro *Hypecacuanâ* habent.
209. Illecebrum *Paronychia.*
Sanguinaria.
Polygonum argenteum; latifolium Munting. *Phyt.* 44. *f.* 231.
Provenit in aridis *Cæsaraugustæ* &c.
Ad depurandum sanguinem apud nos adhibetur.
210. Illecebrum *capitatum.*
Nascitur in rupibus *en el avellanar del Collado* circà *Badenas.*

THESIUM.

211. Thesium *linophyllon.*
Provenit circà *Brea*, in montosis propè *Albarracin*, *Calatayud.*
Thesei radix gustu amara est, alvum purgat Theophr. *l.* 7. *c.* 11.
212. Thesium *alpinum*, Gerard *Prov. t.* 17. *f.* 1.
Oritur *en Alcalá de la Selva* loco apelato *Valdoñacara.*
Flores constanter quadrifidos vidi.

VINCA.

213. Vinca *minor.*
Non videtur *Chamædaphne* Diosc. *l.* 4. *c.* 150. An *Clematis daphnoides* ejusdem *l.* 4. *c.* 7?
Provenit copiosè *en el desierto de Calanda.*

DIGYNIA.

CYNANCHUM.

214. Cynanchum *acutum.*
Scammonea Monspeliensium longifolia Munting. *Phyt.* 29. *fig.* 141.

Ha-

(1) *E esta yerva no ha mas de una raiz sola, que se vâ derecha ayuso, e es asi como soga, e apegase à las paredes, e sube contra arriba.* Monter. de D. Alonso [illegible]

Habitat juxtà vias *Cæſarauguſtæ*, *en Epila*, *Calatayud.*

ASCLEPIAS.

215. Aſclepias *Vincetoxicum*, Dioſc. *l.* 3. *c.* 100.
Provenit copioſè *en Pitarque.*

216. Aſclepias *nigra.*
Oritur *en Rodanas*, *en el barranco de la atalaya* circà *Villar del Saz.*

HERNIARIA.

217. Herniaria *glabra.*
Mil en grana.
In agris non rara.

218. Herniaria *hirſuta.*
Herniaria hirſuta ſegetum annua Griſlei. *Virid. Luſit.* p. 49.
Provenit in aridis *Cæſarauguſtæ*, & alibi.

219. Herniaria *fruticoſa*, Loefling. *Iter. p.* 180.
Polygonum fruticoſum, erectum, hiſpanicum Barrel. *Ic.* 713.
Habitat *en el monte torrero*, in montoſis propè *Epila*, *Pozuelo*, *Hijar*, *Caſpe* &c.

CHENOPODIUM.

220. Chenopodium *Bonus Henricus Cienfuegos t.* 3. *p.* 49.
Vernaculè *Serrones.*
Oritur copioſè *en Moncayo.*
Editur apud nos, ſed rariùs.

221. Chenopodium *album.*
Nihil vulgatiùs juxtà vias *Cæſarauguſtæ*, *en Epila.*

222. Chenopodium *viride.*
Vernaculè *Bletos*, ſive *Bledos*; non confundendum cum *Amarantho Blito.*
In fimetis, & ruderatis frequens.
Planta salſuginoſa, cujus cineres ad mundanda lintea noſtratibus inſerviunt.

223. Chenopodium *Botrys.*
Bien granada, Laguna *l.* 3. *c.* 124
Provenit *Cæſarauguſtæ*, & alibi.
Pro Théa venditur *Hamb. Mag. t.* 17. *p.* 505. Tineas arcet Laguna *l. c.*

224. Chenopodium *Vulvaria.*
Mea perros Cienfuegos *t.* 3. *p.* 50. *b.*
In ruderatis copioſè.

SALSOLA.

225. Salsola *Kali.*
Provenit *Cæsaraugustæ en Miraflores.*

226. Salsola *vermiculata* Loefling. *Iter p.* 182. vide *Tab. II. f.* 2.
Vernaculè *Sisallo.*
Kali vermiculatum, fruticans, minori folio, hispanicum Barrel. *Ic.* 216.
Oritur copiosè *Cæsaraugustæ* juxtà vias, *en Epila, Calatayud, Hijar, Caspe, Alcañiz* &c.
Folia acuta, carnosa, cum fasciculo foliorum ex alis. Calyces dilutè purpurei.
Variat foliis hirsutis.
Kali geniculatum, aphyllantes Barrel. *Ic.* 215. quod pro synonymo assumpsit Loeflingius *l. c.* & ab illo mutuatus est Cl. Linnæus ad nostram stirpem nullo modo pertinet, cum aphylla non sit; neque Icon Barrelieri habitum plantæ repræsentat.

Saponis confectores hujus fruticis cineribus utuntur Cæsaraugustæ.

227. Salsola *fruticosa.*
Habitat *en Val de Vrrea.*
Folia carnosa. Calyces herbacei.

ULMUS.

228. Ulmus *campestris.*
Olmo Laguna *l.* 1. *c.* 92.
Provenit in sepibus, *en Moncayo, en el desierto de Calanda.* Gallæ, quas in dorso foliorum Aphides faciunt magnam habent affinitatem cum Chinensium *Oupeitze*: undè suspicabatur Cl. Geoffroy quòd ad usus tinctorios trahi possent, & orientalibus substitui *Act. Par.* 1724. *p.* 320. Ad torcula, temones, & doliorum circulos utiliter adhibetur Du Hamel *Arb. II. p.* 370.

GENTIANA.

229. Gentiana *asclepiadea.*
Cruciata Cienfuegos *t.* 3. *p.* 107. *t.* 7. *Ic.* 111.
Gentiana aselepiadis folio Barrel. *Ic.* 70.
Provenit *en la Palomita, Cantavieja, Linares, Oribuela* &c.

230. Gentiana *Centaurium* (1).

Cen-

(1) *Cecropiumque thymum, & [illegible]*

Centaurea menor Laguna *l.* 3, *c.* 7.
Centaurium minus, purpureum, angustifolium Barrel. *Ic.* 423.
Varietas. Vide *Ic.* 435. 436.
Oritur circà *Cæsaraugustam*, *en la modorra de Badenas*, in pratis montanis.
Ad febres intermittentes Marchant *Act. Par.* 1701. *p.* 218.

231. Gentiana *spicata.*
Nascitur propè *Cæsaraugustam.*

232. Gentiana *perfoliata* Loefling. *Iter* p. 187.
Centaurea de Mesué Cienfuegos *t.* 7. *Ic.* 107.
Centaurium minus, perfoliatum, luteum, crassioribus capitelli Barrel. *Ic.* 516. *n.* 2.
Habitat *Cæsaraugustæ*, circà *Tronchon*, *Alcalà de la Selva.*
Variat corollis 8, vel 9- fidis : staminibus 8, aut 9.

ERYNGIUM.

233. Eryngium *campestre.*
Cardo corredor Laguna *l.* 3. *c.* 22.
In campestribus, & sterilibus vulgare.
Radix dulcis, edulis.

SANICULA.

234. Sanicula *europæa.*
Sanicula verdadera Cienfuegos *t.* 6. *part.* 2. *p.* 610. *Ic.* 616.
Habitat *en Linares en la cerrada de la balsa*, *en el pinar de Losillae* circà *Albarracin.*

ASTRANTIA.

235. Astrantia *major.*
Provenit circà *Linares en la cerrada de la balsa.*

BUPLEURUM.

236. Bupleurum *rotundifolium.*
Perfoliata Cienfuegos *t.* 3. *p.* 454. *Ic.* 457.
Perfoliata minor folio acuto Barrel. *Ic.* 1128.
In agris frequenter occurrit.

237. Bupleurum *odontites.*
Occurrit mihi *en la Sierra de Toved*, *en el avellanar del Collado* circà *Badenas*, ubi parciús pronascitur.
Planta bipollicaris. Folia lanceolata, angusta, glabra. Involucra umbellas occultantia.

238. Bupleurum *rigidum.*
Oritur *en la Sierra de Arcos*, circà *Montalvan*, *Villarluengo*, *Cantavieja.*
239. Bupleurum *tenuissimum.*
Bupleurum tenuifolium, annuum Grislei *Virid. Lusit. p.* 24.
Bupleurum tertium minimum Fab. Columnæ Barrel. *Ic.* 1248.
Provenit in rupibus propè *Rodenas.*
240. Bupleurum *fruticescens*, Loefling. *Iter p.* 188.
Habitat *en el monte torrero*, in collibus circà *Epila*, *Pozuelo*, *Hijar* &c.
Folia acuta, subcarnosa.

TORDYLIUM.

241. Tordylium *Anthriscus.*
Provenit in vineis *Cæsaraugustæ*, *en Calamocha.*
Flores rubelli. Folia pinnata, aspera, pinnis lanceolatis, incisis.

CAUCALIS.

242. Caucalis *Daucoides.*
Caucalis Diosc. *l.* 2. *c.* 128. obscura.
Oritur *en el monte torrero*, circà *Epila.*
Folia tripinnato-multifida.
243. Caucalis *latifolia* Linn. *Syst. nat. p.* 205.
Vernaculè *Cadillo*: quod nomen nonnullis Castiliæ locis *Lappæ* tribuitur.
Provenit in agris *en Borja*, *Daroca*, *Calamocha* &c.
Umbella ex 3. aut 4. radiis. Flores purpurei. Semina majuscula, aculeis rectis.

DAUCUS.

244. Daucus *Carota.*
Zanahoria, nomen corruptum à voce arabicâ *Asfanoria* apud *Ebn Aluam* Casiri *Bibl. Escur. I. p.* 333. Vide Laguna *l.* 3. *c.* 55.
Ad agrorum margines *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud*, *Daroca* &c.
E radice saccharum obtinuit Margraaff *Act. Berol.* 1747. *p.* 89.
Eandem pistam ad mammarum cancros adhibebat Cl. Sulzerus *Iour. Oecon.* 1765. *Octobre.*

AMMI.

245. Ammi *majus.*
Provenit *Cæsaraugustæ.*

BUNIUM.

246. Bunium *Bulbocastanum* Diosc. *l.* 4. *c.* 125.
Bulbocastaña Cienfuegos *t.* 1. *p.* 589.
Oritur *en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.*
Radix esculenta; mihi non displicet. Ex eâ panem parari posse docuit David Lamble in litteris ad Cl. Templemannum datis *Iour. Oecon.* 1768 *Mai.*

CONIUM.

247. Conium *maculatum.*
Cicuta, Cañaheja Laguna *l.* 4. *c.* 80.
Rosch Deuter. 29. *v.* 18. Psalm. 79. *v.* 22. Jerem. 8. *v.* 14. Celsius *Hierobot. II. p.* 46.
Ad agrorum margines, & locis ruderatis non rara.
Cicuta optima circa Susam, & in totum locis prægelidis Theophr. *l.* 9. *c.* 15.
Vires ejus resolventes Cl. Storkii operâ inclaruerunt. Adversùs scirrhos, & cancros cum successu datur.

SELINUM.

248. Selinum *palustre.*
Oritur *en la Palomita*, in pratis humidis circâ *Cantavieja, Linares.*
Rusi Zingiberi substituunt *Act. Stok.* 1747. *n.* 3.
249. Selinum *Carvifolia Jacq. Austr. tab.* 16.
Selinum foliis triplicato-pinnatis, pinnulis latiusculis, simplicibus, & trifidis Haller. *Helv. n.* 802. *tab.* 20.
Provenit circà *Calcena.*
Folia supradecomposita, pinnis ultimis bi-trifidis.
Involucrum nullum. Flosculi albi.

ATHAMANTA.

250. Athamanta *cervaria.*
Provenit copiosè *en el Castillo de Perasens.*
Folia bipinnata: pinnæ ultimæ cuneiformes, plerumque trifidæ.

FERULA.

251. Ferula *glauca.*
Cañaheja nomen omnibus ferulaceis plantis commune.
Provenit *en Rodanas*, in montosis circà *Ricla, Añon.*
Cienfuegos *t.* 2. *p.* 211. *b. El mismo estilo guardan hoi los viejos*

Españoles, al menos guardaron nuestros abuelos, que trahian por baculos tallos de Cañahierlas (que entonces no habia trahido la prodigalidad cañas, ni juncos de Indias, muletillas de ebano, ni cayados, ò muletillas blancas del Conde, haciendonos monos de lo que el otro quiso usar, olvidando lo que nuestros mayores tuvieron por honra), con los quales mas de quatro veces me han dado como dicen coscorrones. Estos baculos se hacen hoi dia en Italia, Francia, y España de tres generos de plantas de los hinojos, de las cicutas, y de las Tapsias.

LASERPITIUM.

252. Laserpitium *latifolium.*
Oritur *en la cerrada de la balsa* circà *Linares.*
Foliola sæpiùs biloba, subhirsuta.

253. Laserpitium *gallicum.*
Habitat *en la dehesa de Aliaga.*

254. Laserpitium *Siler.*
Nascitur in rupibus circà *Aliaga*, *Tronchon.*
Radix aromatica, crassa. Semen odoratum. Est Seseli Cretense officinarum.

HERACLEUM.

255. Heracleum *Sphondylium* Diosc. *l.* 3. c. 84?
Spondilium vulgare foliis acutè incisis Barrel. *Ic.* 56.
Provenit circà *Xarque, en la Polomita*, & in pratis montanis.
A pecore non tangitur Schreber *Samm. l. III. p.* 17.
Poloni petiolos radicales in sole exponunt, ut farinosam, & dulcem substantiam obtineant Linn. *Amœn. acad. t.* 3. *Pl. esculentæ.*
Sphondili fricti ex œnogaro simplici Apic. Cæl. *lib.* 3. an nostrum?

SIUM.

256. Sium *latifolium* Diosc. *l.* 2. *c.* 116.
In fossis aquâ plenis minimè rarum.
Planta armentis exitialis *Act. Stock.* 1750. *n.* 3.
Curculio Phellandri Sio adhærens equis peraplexiam inducit Linn. *Amœn. Noxa Insect. t.* 3.

257. Sium *nodiflorum.*
Habitat cum priori.

SISON.

258. Sison *verticillatum.*
Oenanthe folio Millefolii Grislei *Virid. Lusit.* ...

Oenanthe millefolii palustris folio Moris. *Vmbel. p.* 63. *tab.* 6
Oritur in pratis humidis *en la Palomita*, *Cantavieja*, *Linares*, *Alcalà de la Selva* &c.

OENANTHE.

259. Oenanthe *fistulosa.*
Non est *Oenanthe* Diosc. *l.* 3. *c.* 129.
Provenit locis paludosis *Cæsaraugustæ*, *en Calamocha* &c.
Planta venenata.

SCANDIX.

260. Scandix *Anthriscus.*
Caucalis vaginis lanuginosis, foliis triplicato-pinnatis, seminibus rostratis Haller. *Helv. n.* 743.
In ruderatis frequens, etiam *en el monte de Herrera.*
261. Scandix *australis.*
Oritur inter segetes *Cæsaraugustæ*, *en Epila* &c.
Involucra apice bicornia, aristata. Styli persistentes. Folia supra-decomposita, laciniis ultimis setaceis.

CHÆROPHYLLUM.

262. Chærophyllum *sylvestre.*
Myrrhis Diosc. *l.* 4. *c.* 117. obscura.
Ad agrorum margines: copiosè *en Calcena.*
Unbellæ luteum colorem suppeditant meliorem quàm *Serratul.* Linn. *Amoen. t.* 5. *Pl. tinct.*
263. Chærophyllum *temulum.*
Provenit *en la modorra de Badenas.*
Folia triangularia, bipinnata. Pinnulæ subrotundæ, inciso-dentatæ. Semina lanceolata.

SESELI.

264. Seseli *glaucum.*
Oritur locis glareosis circà *Cæsaraugustam.*
Caulis striatus, subnudus. Folia triplicato-pinnata, ultimis laciniis plerumquè trifidis, linearibus.
265. Seseli *pumilum.*
Provenit *en la debesa de Aliaga.*
A *Pimpinellâ glaucâ* non differt Govan *Illustr. p.* 15.

THAPSIA.

266. Thapsia *villosa* Diosc. *l.* 4. *c.* 158.
Thapsia major latifolia Munting. *Phyt.* 46. *f.* 243.
Habitat in montosis australibus, & circà *Brea*, *Añon*, *Calcena* &c.
Luteo colore tingit Linn. *Amœn. t.* 5. *Pl. tinct.* Cienfuegos *t.* 6. *part.* 2. *p.* 249. loquens de mercatoribus herbarum, & aromatum subjungit: *del mismo ardid usan en el Turbith cogiendo mucha copia de él en España de ciertas raices de Tapsia, que este nombre le dán en España, siendo el primero año, que es tierna, y nueva la planta su raiz Turbith; el segundo año, que es mas tiesa, Tapsia; quando vieja, y cocosa, Cañaheja, como diremos en su lugar: y porteandolo à Venecia, siendo nacido en España le venden por Turbith de Alexandria.*

PASTINACA.

267. Pastinaca *sativa.*
Chirivia.
Provenit *Cæsaraugustæ* spontanea.
Ex Pastinacæ radicibus saccharum obtinuit Cl. Marggraf *Act. Berol.* 1747. *p.* 89. A pecore respuitur Schreber *Samml. III. p.* 63.

ANETHUM.

268. Anethum *Fœniculum.*
Hinojo Laguna *l.* 3. *c.* 77.
In vineis vulgatissimum *Cæsaraugustæ*, *en Epila* &c.
In Italiâ turiones eduntur. Apud nos ad condiendas olivas, & carnes porcinas inservit.

CARUM.

269. Carum *Carvi.*
Altaravea Laguna *l.* 3. *c.* 62. Casiri *Bibl. Esc.* I. *p.* 334.
Habitat in pratis montanis *en la Palomita*, *Cantavieja*, *Linares*, *Mosqueruela.*
Bonum pabulum Schreber *Samml. III. p.* 19. Radix in Angliâ editur Linn. *Amœn. t.* 6. *Macellum Olitorium.*

PIMPINELLA.

270. Pimpinella *Saxifraga.*
1. *Major* circà *Linares*, *en la modorra de Badenas.*

2. *Minor* circà *Tronchon.*

Coccus radicibus adhæret, & kermesinum colorem præstat Cardan. *Sub. l.* 9.

APIUM.

271. Apium *graveolens.*

Vernaculè *Apio borde.* Vide Laguna *l.* 3. *c.* 70.

Juxtà foſſas *Cæsaraugustæ*, *en Epila*,

TRIGYNIA.

RHUS.

272. Rhus *coriaria.*

Zumaque Laguna *l.* 1. *c.* 124. vox arabica apud Golium, & Ebn Aluam Casiri *Bib. Esc.* I. *p.* 336.

Habitat in rupibus circà *Barbastro* spontanea.

In agro Bilbilitano colitur ad condensanda coria.

Radix rufo colore tingit, cortex verò, luteo Linn. *Amœn. t.* 5. *Pl. tinct.* Arabes Hispaniam incolentes è seminibus Rhois panem parabant Casiri *l. c.* *Rhus obsoniornm* veterum, ciborum erat condimentum Linn. *Amœn t.* 5. *Culina mutata.* Plin. *l.* 24. *n.* 55. *Rhus, qui erythros appellatur, semen est hujus fruticis. Vim habet adstringendi, refrigerandique. Aspergitur pro sale obsoniis.*

Cortex cum vitriolo martis atramentum facit Lewis *Hist. des Coul. Sect.* 6. §. 1.

VIBURNUM.

273. Viburnum *Tinus.*

Hispanis *Durillo*, quo nomine nonnullis locis *Cratægus torminalis* intelligitur.

Provenit copiosè *en el desierto de Calanda.*

274. Viburnum *Lantana.*

Habitat *en Moncayo*, *en el avellanar del Collado* circà *Badenas*, & alibi.

Folia conjugata, ovata, rugosa, utrinquè villosa.

Flores corymbosi, albi. Stamina, & petala sæpiùs quatuor. Baccæ ellipticæ, compressæ.

Cortex internus vesicatorii loco inservit. Pare *Op. p.* 538.

SAMBUCUS.

Sambucus *Ebulus*.

Yezgos Laguna *l.* 4. *c.* 175 (1).
Nihil vulgatiùs *Cæsaraugustæ*, *en Daroca*, *Calatayud* &c.
Baccæ cum aceto filum, & coria cœruleo colore imbuunt Linder. *Fargekonst p.* 62, 65.

276. Sambucus *nigra.*
Sabuco, Laguna *l.* 4. *c.* 175.
Oritur in sepibus, etiam in montosis propè *Rodenas.*
Capsulæ, & pectina ex ligno fiunt Du Hamel. *Arb. II. p.* 255.
Baccæ cum alumine, & ærugine filum fusco colore tingunt Linder. *Far-gekonst. p.* 63, 65. Vires resolventes vulgaris notitiæ.

TAMARIX.

277. Tamarix *gallica*
Taray, *Tamariz* Laguna *l.* 1. *c.* 96. nomen corruptum ab arabico *Tarfa* Casiri *Bib. Esc. I. p.* 329.
Frequens juxtà flumina *Cæsaraugustæ*, *en Epila* &c.
Existentiam salis Glauberiani in cineribus probare conatus est Cl. Montet; sed non omnibus satisfecit *Jour. Oecon* 1763. *Decembre.* Cæsaraugustæ ad lixivia cineribus utuntur. Ad firmannda coria adhiberi potest la Lande *Art du Tanneur p.* 22.

278. Tamarix *germanica.*
Provenit ad ripas fluminis *Gállego.*
Folia quadrifariam imbricata. Petala purpurea. Flores decandri.

TELEPHIUM.

279. Telephium *Imperati.*
Provenit *en Montolar*, citcà *Ricla*, *Calatayud*, & alibi &c.
Folia ovato-lanceolata. Flores umbellati.

CORRIGIOLA.

280. Corrigiola *littoralis.*
Occurrit mihi semel in montosis *de Hinojés*
Flores terminales, & axillares congesti. Folia angusta, glauca.

ALSINE.

281. Alsine *media* Diosc. *l.* 4. *c.* 88.
In umbrosis freqnens, ut enumerare non adtineat.

Ad

(1) *Tratado de las cosas no naturales, y virtud purgativa de los...*

Ad phthisin valeat Burgraf *Lexic.*

TETRAGYNIA.

PARNASSIA.

282. Parnassia *palustris.*
Grama del Parnaso Laguna *l.* 4. *c.* 34.
Oritur in udis *en la Palomita.*
Caulis uniflorus. Folia radicalia cordata : caulinum unicum.

PENTAGYNIA.

STATICE.

283. Statice *Armeria.*
Gramen polyanthemum majus Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.*22
Ic. 226.
Provenit *en Moncayo , en la Sierra de Villaroya.*
Variat floribus albis circà *Badenas*, in pratis montanis *en la Pa*
lomita , Cantavieja , Linares &c.
284. Statice *cordata.*
Oritur *Cæsaraugustæ , en Calatayud , Val de Vrrea.*
Folia spatulata , vix retusa. Flores numerosi , cœrulei , imbri
cati , sécundi.

LINUM.

285. Linum *usitatissimum.*
Lino Laguna *l.* 2. *c.* 94.
Lino hortense Cienfuegos *t.* 5. *p.* 626. *Ic.* 634.
Provenit circà *Villarluengo* spontaneum , cum in illo tractu nc
colatur.
Cienfuegos *Ib. p.* 631. *En España hilan poco las mugeres , solo co*
nocemos un mercado de lienzo , que llaman de Daroca , que no a
canza à la quarta parte de Castilla , y lo demàs se consume en l
casas , que se hila , y no alcanza à camisa. Tienese por lino en p
lo el mas excelente , el mas blanco, delgado de hebra , y largo.
de las montañas de Castilla es algo corto , y negro , à causa de q
no lo cuecen , y curan con limpieza. El de la Rioja , y Aragon es d
blado largo de pelo , y mas blanco ; aunque la delicadeza de las m
geres de Castilla dicen que es aspero como cañamo , que les abre
dedos. El dia que hoi escribo esto no se hallará en Madrid una

descuido de la labranza, y falta de gente. En Aragon valia una arroba antes de la expulsion de los Moriscos año 1600. à 22. reales la arroba del mas escogido, y hoy año de 1628. vale à tres ducados, y en plata, de suerte que con la subida de precios, prohibicion, ò Pragmaticas de mercadurias no entra en Castilla una onza. Del Cairo, ò Alexandria por via de Venecia venia à España lino, que estimaban mucho los Moriscos para telas delicadas, y pasaban à Holanda: ahora no viene.

Ex seminis oleo cum lithargyrio, & fuligine vernicem parant incolæ pagi Niewjansk in Siberiâ Pallas *Reise t.* 2. *p.* 187.

286. Linum *narbonense.*

Linum sylvestre, latis, acutis foliis, flore amplo Barrel. *Ic.* 1007.
Linaria angustifolia, flore cœruleo amplo Munting. *Phyt.* 40. *f.* 206.
Oritur in siccis *Cæsaraugustæ, en la dehesa de Talamantes*, circà *Añon*, & in Aragoniâ australi ubiquè ferè.

287. Linum *tenuifolium.*

Lino silvestre 4. *de hoja estrecha* Cienfuegos *t.* 5. *p.* 654
Linum sylvestre, fruticosum, angustifolium Barrel. *Ic.* 1004.
Habitat in siccis *en el monte torrero*, circà *Epila, Pozuelo, Hijar, Alcañiz* &c.
Frutex pedalis. Folia inferiora congesta, linearia, recurva, scabra. Caules subnudi. Flores paniculato-corymbosi, albi, ungue violaceo. Hujus plantæ innumeræ varietatas existunt.

288. Linum *strictum.*

Provenit circà *Cæsaraugustam.*

289. Linum *maritimum.*

Lino silvestre de flor amarilla Cienfuegos *t.* 5. *p.* 672.
Habitat cum priori.

290. Linum *catharticum.*

Vernaculè *Cantilagua*, & *Canchilagua.*
Chamælinum subrotundo folio Barrel. *Ic.* 1165. *n*, 1.
Nascitur copiosè circà *Villarluengo*, in pratis propè *Camarena, Linares, Griegos* &c.
Ad dolores nephriticos, hydropem, & febres intermitentes commendat Linn. *Amœn. t.* 4. *Cens. simp.*
Nostrates cum successu adhibent ad dolores colicos levandos.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

NARCISSUS,

291. Narciſſus *Pseudo-Narciſſus.*
Provenit *en Moncayo.*
292. Narciſſus *triandrus.*
Provenit *en el Monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.*
Stamina 6. conſtanter obſervavi. Flores cernui, petala alba, reflexa.
293. Narciſſus *Jonquilla.*
Junquillo menor Cienfuegos *t.* 1. *p.* 339.
Habitat *en el monte torrero.* Floret Martio.
Variat ſpathâ uniflorâ.

APHYLLANTES.

294. Aphyllantes *monspelienſis.*
Oritur in ſiccis *Cæſarauguſtæ, en Tolocha, Rodanas,* & in montoſis auſtralibus.

ALLIUM.

295. Allium *Porrum.*
Puerros monteſinos Cienfuegos *t. p.* 521. Laguna *l.* 2. *c.* 138.
Cæſarauguſtæ in agris, & olivetis non rarum.
296. Allium *Victorialis.*
Victorial larga Cienfuegos *t.* 3. *p.* 399. *b.*
Habitat *en Moncayo.*
Folia ex elliptico lanceolata. Petala alba, linearia, acuta,
297. Allium *ſubhirſutum.*
Provenit circà *Barbaſtro.*
298. Allium *ſphærocephalum.*
Allium montanum, flore purpureo, globato Griſlei *Virid. Luſit. p.* 85.
Oritur in vineis *Cæſarauguſtæ, en Calamocha, en el monte de Herrera, en la modorra de Badenas.*
Petala rubere amant.
299. Allium *vineale.*
Habitat *en Cantavieja,* in montoſis circà *Rodenas, Badenas, en el monte de Herrera.*
Bulbi florales foliolis inſtruuntur.
Alaudæ Lipſienſes hoc Allio ſaginatæ ſapidiſſimæ ſunt Buchn.

Misc. an. 1727. *p.* 486.

300. Allium *roseum.*
Vernaculè *Ajo de culebra.*
Ajo silvestre de hoja angosta Cienfuegos *t.* 1. *p.* 514.
Ad agrorum margines *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Cariñena.*
Petala dilutè purpurea.

LILIUM.

301. Lilium *Martagon.*
Provenit *en Moncayo.*
Folia verticillata, oblonga, nervosa, glabra. Flores ex rufo flavescunt, & punctis nigris notantur.
Radix in Sibiriâ edulis Gmel. *I. p.* 45.

TULIPA.

302. Tulipa *sylvestris.*
Provenit in collibus circà *Hijar*, *Caspe.*

ORNITHOGALUM.

303. Ornithogalum *luteum.*
Oritur *en Moncayo.*
Folia graminea; flores flavi.

304. Ornithogalum *narbonense.*
Ornithogalo, que llaman de Narbona Cienfuegos *t.* 1. *p.* 247.
Provenit copiosè circà *Borja.*

305. Ornithogalum *umbellatum.*
Leche de gallina Laguna *l.* 2. *c.* 133.
Habitat circà *Calcena*, *Oseja.*

ASPHODELUS.

306. Asphodelus *fistulosus.*
Nonnulli *Cebollada* vocitant; cavendum itaquè ne cum *Globulariâ Alypo* confundatur.
Provenit copiosè *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud* &c. Floret Martio.
Folia fistulosa, compressiuscula. Dubitat Cl. Linnæus Mant. 2. an sit species Antherici?

307. Asphodelus *ramosus.*
Gamones Laguna *l.* 2. *c.* 159. Cienfuegos *t.* 1. *p.* 161.
In montosis australibus frequentissimus.
In Aragoniâ australi folia

pecoris hyberno tempore.
Ex radice contusâ, & fermentationi submissâ amylum præcipitatur Cl. Du Hamel *Fabr. de l' amidon p.* 1. & panis fit *Iour. de Trevoux.* 1709. *Dec.* Apud veteres Manium cibus, ideòque *Infernalis herba* dicebatur, Lucianus *de luctu: Iam eos, qui trasmissâ palude sunt ingressi, pratum excipit asphoselo consitum.*

ANTHERICUM.

308. Anthericum *Liliago.*
Provenit *en el monte de Herrera*, propè *Pitarque.*

ASPARAGUS.

309. Asparagus *officinalis.*
Esparragos Laguna *l.* 2. *c.* 114.
In agris frequens *Cæsaraugustæ*, *en Calatayud, Daroca* &c.
Et Ravenna ternos libris rependet Plin. *l.* 19. *n.* 19.
310. Asparagus *acutifolius.*
Corruda prior Clus. *Hist.* 2. *p.* 177.
Oritur circà *Cæsaraugustam.* Baccæ rubræ.
311. Asparagus *aphyllus.*
Provenit *Cæsaraugustæ* in sepibus, *en Rodanas, en Hijar* &c.
Spinæ 4, aut 5 ex eodem puncto prodeunt.
Corruda propter aculeos pusillum quendam producit petiolum, ex quo flosculus tandem ipse erumpit Theophr. *l.* 6. *c.* 3.

CONVALLARIA.

312. Convallaria *Polygonatum*, Diosc. *l.* 4. *c.* 6.
Polygonatum latifolium, flore albo majori, odorato Barrel. *Ic.* 711. *n.* 1.
Provenit *en la Sierra de Arcos*, in sylvis circà *Albarracin, Badenas, Montalván, en el Monte de Herrera*, circà *Calcena* &c.
A *C. multiflorâ* vix specie differt. Radix edulis.

HYACINTHUS.

313. Hyacinthus *serotinus.*
Oritur in collibus circà *Hijar, en la Sierra de Arcos*, circà *Calcena.*
Flores colore sordido.
314. Hyacinthus *comosus.*
Jacinto mayor comoso Cienfuegos *t.* 1. *p.* 277.

Flores inferiores magis remoti, superiores congesti neque stamina, neque stylos exerunt.

315. Hyacinthus *racemosus.*
Provenit copiosè in agris *Cæsaraugustæ*: etiam in montes ascendit *en Tolocha*, *en el monte de Herrera*, & alibi.
Odor suavis. In Belgio in hortis colitur.

JUNCUS.

316. Juncus *acutus.*
Junco Laguna *l.* 4. *c.* 53.
Ad flumina, & in paludibus vulgatissimus.
Varietas culmis gracilioribus ad corbellos adhibetur.

317. Juncus *effusus.*
Habitat cum priori. Culmi striati.

318. Juncus *articulatus.*
Provenit in humidis *Cæsaraugustæ.*
Folia vix articulata dici possunt.

319. Juncus *bufonius.*
Oritur juxtà aquas.
Petala mucronata. Capsusa obtusiuscula.

320. Juncus foliis fistulosis, compresis, petalis acutis.
Juncus foliis compressis, articulatis, paniculâ semel ramosâ Haller. *Helv. n.* 1322.
Gramen junceum paniculatum, humilius, utriculis frequenter donatum Moris. *Hist.* 3. *p.* 227. *t.* 9. *f.* 2.
Habitat in udis in pratis montanis *en la Palomita*, *Cantavieja*, *Linares* &c.
Planta palmaris. Folia compressa, fistulosa, minimè articulata. Panicula simplex; petala acuta; fructus triangularis, spadiceus.
A *J. articulato* omninò differt petalis acutis, paniculâ minùs ramosâ, & minori altitudine.

321. Juncus *pilosus.*
Nascitur *en el monte de Herrera.*

BERBERIS.

322. Berberis *vulgaris.*
Berberos, *Agracillos.*
Provenit copiosè *en Val de Linares*, *Alcalá de la Selva*, *Oribuela*, *Aliaga.*

Amœn. t. 5. *Pl. tinct.* Baccæ acidiſſimæ potum ſuppeditant i
morbis acutis utilem.

FRANKENIA.

323. Frankenia *pulverulenta.*
Albohol de Caſtilla. Cienfuegos *t.* 2. *p.* 864. *Ic.* 868. Nomen ara
bicum corruptum à voce *Bahor.* Vide Golium *col.* 229. qu
ex Ebn Beithar brevem hujus plantæ deſcriptionem adum
bravit.
Provenit *Cæſaraugustæ* propè *la puerta quemada*, *en la laguna d*
Gallocanta.
Planta ſalſuginoſa.

PEPLIS.

324. Peplis *Portula.*
Legi loco inundato circà *Villar del Saz.*

TRIGYNIA

RUMEX.

325. Rumex *criſpus.*
Romaza Laguna *l.* 2. *c.* 106. Eodem nomine aliæ Lapathi ſpe-
cies indigitantur.
Hydrolapato menor Cienfuegos *t.* 3. *p.* 41. *t.* 7. *Ic.* 28.
Juxtà foſſas vulgaris *Cæſaraugustæ*, & ubiquè.
326. Rumex *pulcher.*
Lapathum arvenſe, ſubhirſutum, folio retuſo Tilli *H. Pis.* 93.
t. 37. *f.* 2.
Ad vias *Cæſaraugustæ.*
327. Rumex *acutus.*
Oxylapathum Dioſc. *l. c. Romaza* Cienfuegos *t.* 3. *p.* 31.
Oritur in foſſis *Cæſaraugustæ*, *en Daroca* &c.
Antiquis edulis fuit.
Aut herba lapathi, prata amantis.... Horat. *Epod.* 2.
328. Rumex *ſcutatus.*
Acedera de hoja redonda Cienfuegos *t.* 3. *p.* 546. *t.* 7. *Ic.* 40.
Acetoſa rotundifolia, Romana Griſlei *Virid. Lusit. p.* 14.
Provenit en *Rodanas*, circà *Hinojés*, *Calatayud*, *en Moncayo*, &
alibi.
Cienfuegos *Ibid. p.* 55. *b. Pero donde mas lozanas, tiernas, y me*

orillas del rio Jalòn, tan celebrado de Marcial, arrimadas à las cercas de las viñas, y heredades, que son todas de una pizarra de color de plomo, tan fragil que con unas piquetas, y barrenos hacen unos hoyos, donde dentro de pocos años, poniendo un sarmiento se crian las mayores vides de Europa: entre estas viñas, y sus pizarras, se cria esta planta, y desde alli por regalo se coge con sus raices, y en unos cestos de mimbres con alguna humedad se conserva, y reparte por muchas Ciudades del Reyno, y publicamente se vende en Zaragoza las primaveras.

329. Rumex *acetosa.*
Acederas, Laguna *l.* 2. *c.* 106. Cienfuegos. *t.* 3. *p.* 51. *t.* 7. *Ic.* 36.
Habitat *en Moncayo.*

330. Rumex *acetosella.*
Provenit *eu Rodañas, en el monte de Herrera.* &c.
Edulis ut præcedens.

TRIGLOCHIN.

331. Triglochin *palustre.*
Gramen triglochin Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 161. *Ic.* 163.
Oritur in udis *Cæsaraugustæ, en Calamocha.*

COLCHICUM.

332. Colchicum *autumnale.*
Colchico que mata Cienfuegos *t.* 1. *p.* 470. Laguna *l.* 4. *c.* 85.
Legi autumno anni 1778 propè *Mallen.*
Indocti Pharmacopæi pro Hermodactylo utuntur. Radix aliis venenata, aliis innocua. Confer Haller. *Helv. n.* 1256.

POLYGINIA.

ALISMA.

333. Alisma *Plantago aquatica*, Diosc. *l.* 3. *c.* 163.
In aquosis vulgaris.
Pecori nocet Gleditsch *Act. Berol.* 1768.

334. Alisma *ranunculoides.*
Habitat cum priori *Cesaraugustæ.*

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

EPILOBIUM.

335. Epilobium *hirsutum.*
Juxtà fossas frequens *Cæsaraugustæ*, *en Daroca*, *Calatayud*, &c.
Pappum *Epilob. angustifolii* ad lanificia adhibuit Cl. Vvestbeck Gunner. *Fl. Norveg. p.* 33.

336. Epilobium *montanum.*
Habitat in montosis circâ *Oribuela.*
Pedunculi in summo caule axillares, solitarii. Flores purpurei.

337. Epilobium *palustre.*
In aquosis non rarum, *en Moncayo*, &c.

VACCINIUM.

338. Vaccinium *myrtyllus.*
Provenit in sylvis circà *Oribuela.*
Frutex spithamæus, decumbens. Flores axillares, solitarii. Baccæ cum lacte violaceo colore tingunt Francheville *Act. Berol.* 1767. at cum alumine, & gallis cœruleus color paratur pictoribus utilis Gunner. *Fl. Norv. p.* 93. Cum vires tinctoriæ hujus fruticis nuperis innotuerint, nullus dubito quòd antiquorum *Vaccinium* (1) nostrum sit, non verò Hyacinthi species, ut hariolatur Harduinus ad Plin. *l.* 21. *c.* 97.

ERICA.

339. Erica *vulgaris.*
Brezo Laguna *l.* 1. *c.* 97.
Provenit *en Moncayo*, *en el monte de Herrera*, *en la sierra de Villarroya.*
Ex radicibus carbones fiunt ad usum ferrariorum. *Ericæ* decocto coria optimè condensari, experimentis in Hiberniâ comprobarunt Thomàs Rankin, & Holle Vvaring. *Iour. Oecon.* 1766. *Avril.*
Lagoporum pabulum Gunner *Fl. Norveg. p.* 14.
Luteo colore tingit *Iour. Oecon.* 1764 *Juin.*

Eri

(1) *Mollia luteola pingit vaccinia caltha* Virg. *Ecl.* 2.
Item Vaccinia Italiæ mancupiis sata: Galliæ verò etiam purpuræ tingendæ causâ ad servitiorum vestes. Plin *l.* 16. *n.* 31.
Eâdem ratione Vaccinium temperantes, & lac miscentes purpuram faciunt elegantem

340. Erica *cinerea.*
Oritur *en el monte de Herrerra, en la Sierra de Villaroya, en Moncayo.*
341. Erica *umbellata* Loefling. *Iter. p.* 191.
Habitat *en Moncayo.*
Antheras muticas dixit Linnæus *Mant.* 2. ego aristatas video.
Corollæ campanulatæ, rubræ.

DAPHNE.

342. Daphne *Laureola.*
Provenit in montosis circà *S. Juan de la Peña*, undè habui.

PASSERINA.

343. Passerina *hirsuta.*
Vernaculè *Matapollo.*
Sanamunda 3. Clus. Erica Alexandrina Lobel Barrel. *Ic.* 233.
Provenit copiosè *en el Castellar*, circà *Hijar, Caspe.* Folia carnosa. Flores axillares, sessiles, lutei. Floret totâ hyeme.
Infectores Cæsaraugustani lanas hoc frutice luteo colore imbuunt. Africani ad scopas utuntur Shaw. *Afr. n.* 587.

TRIGYNIA.

POLYGONUM.

344. Polygonum *Bistorta.*
Bistorta Cienfuegos *t.* 3. *p.* 275. *t.* 7 *Ic.* 412.
Provenit circà *Barbastro.*
Ex radicibus panis paratur Kalm *Kalajoki. Skon. p.* 34.
345. Pulygonum *Persicaria.*
Juxtà fossas *Cæsaraugustæ, en Calatayud, Daroca* &c.
Radix luteo colore tingit *Act. Stok* 1745. *p.* 251.
346. Polygonum *aviculare.*
Passim ad vias.
347. Polygonnm floribus octandris, trigynis, foliis lanceolatis, stipulis laceris.
Polygonum floribus octandris, trigynis, foliis subulato-linearibus, stipulis setaceo-laceris, caulibus subrufescentibus Jacquin. *Obs. III. p.* 8. *t.* 57. Varietas.
In agro Cæsaraugustano detexit Franciscus Otano.
Planta sesquipedalis. Radix lignosa. Caules infernè perennantes, angulati, ramosi, erecti. Folia petiolata, lanceolata, in-

tegerrima, sensim angustiora. Stipulæ membraceæ, laceræ. Flores bini, oppositi, sessiles, dilutè purpurei. Stamina octo, styli tres.

Qui *Polygoni setosi* descriptionem à Cl. Jacquinio traditam cum præcedenti contulerit, magnam inter utrumque Polygonum convenientiam animadvertet. In nostro folia paulò latiora videntur, stipulæ minus laceræ, & setosæ, caules nullo modo rufescentes: sed Icon Jacquiniana habitum Aragonensis plantæ optimè refert: non adsunt ergò sufficientes distinctionis notæ, qnæ has duas stirpes conjungere prohibeant tamquàm ejusdem speciei varietates.

348. Polygonum *Convolvulus.*
Legi in rupibus circà *Santed.*

TETRAGYNIA.

PARIS.

349. Paris *quadrifolia.*
Habitat in sylvis *en Moncayo.*
Gallinas enecat Gunner. *Fl. Norveg. p.* 55.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

DICTAMNUS.

350. Dictamnus *albus.*
Vernaculè *Chitan.*
Fraxinella Cienfuegos *t.* 3. *p.* 151. *t.* 7. *Ic.* 183.
Dictamnus albus officinarum, minor, hispanicus Barrel. *Ic.* 1318.
Habitat circà *Calanda.*
Vapor exhalans in loco obscuro flammam concipit Nollet *Phys. t.* 4. *p.* 300.

RUTA.

351. Ruta *graveolens.*
Ruda Laguna *l.* 3. *c.* 48.
Provenit *en el monte toreero*, in collibus cireà *Calatayud*, *Hijar*, *Caspe*, *Calanda*, *Alcañiz* &c.

TRIBULUS.

352. Tribulus *terrestris.*
Abrojos Laguna *l.* 4. *c.* 16.
Tribulo terrestre Cienfuegos *t.* 4. *p.* 571. *Ic.* 589.
Habitat *Cæsaraugustæ.*

ARBUTUS.

353. Arbutus *Unedo.*
Madroño Laguna *l.* 1. *c.* 138.
Vernaculè nonnullis locis *Alborocera.*
Arbutus folio serrato Barrel. *Ic.* 674, 673.
Provenit copiosè *en el desierto de Calanda, en Tolocha, en la Sierra de Arcos.*
Fructus edulis, inebrians.

354. Arbutus *Uva ursi.*
Gayubas Quer *Disertacion sobre la pasion nefritica* &c. *Matriti* 1763. 4.
Oritur copiosè *en Moncayo, en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.* &c.
Ad calculum frangendum vires habet eximias Quer *op. cit.* Ad condensanda coria la Lande *Art. du Tanneur. p.* 22. Cum alumine, & cristallo tartari lanas nigro colore inficit *Iour. Oecon.* 1767. *Aout.*

PYROLA.

355. Pyrola *rotundifolia.*
Habitat in sylvis circá *Linares*, sed rariùs.

DIGYNIA.

SAXIFRAGA.

356. Saxifraga *Cotyledon.*
Sedum montanum, roseum, serratum, flore guttato. Barrel *Ic.* 1311.
Provenit in montosis circà *Beceite.*

357. Saxifraga *granulata.*
Oritur *en Moncayo, en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.*
A pecore non tangitur Schreber *Samml. III. p.* 75.

358. Saxifraga *tridactylites.*
Habitat in rupibus *en Moncayo* ...

del Collado propè *Badenas*, *en la Palomita.*
Planta vulneraria.

359. Saxifraga *cæspitosa* Scopoli *Fl. Carn. t.* 14.
Nascitur *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya*, *en Tolocha.*

SCLERANTHUS.

360. Scleranthus *annuus.*
Provenit *en la Sierra de Villaroya*, in montosis circà *Oribuela.*
Coccus Polonicus hujus radicibus adhæret, olim celebris & in arte tinctoriâ adhibitus Linn. *Amœn. t.* 5. *Planta tinct.*

GYPSOPHILA.

361. Gypsophila *Struthium.*
Hispanis *Xabonera.* Vernaculè *Albada*, & *Herbada.*
Non est *Struthium* antiquorum, ut patet ex descriptione Dioscor. *l.* 2. *c.* 152. & observatione Lagunæ.
Provenit copiosè *Cæsaraugustæ*, *en el Castellar*, circà *Epila*, *Pozuelo*, *Hijar*, *Belchite*, & ubi gypsum adest.
Folia carnosa, acuta. Flores corymbosi, albi: petala ovata.
Cineres ad mundanda lintea expetuntur. Radix etiam dum mollescit saponis vices explet. Ad depurandum sanguinem arthriticis, calculosis, & siphiliticis proponit Linnæus *Mant.* 2. *p.* 384.

SAPONARIA.

362. Saponaria *officinalis.*
Gentiana concava, anglica Gerardi *Barrel. Ic.* 92. Varietas.
Habitat in agris *Cæsaraugustæ*, *en Borja.*
Trita in aquâ spumam agit, & saponis loco inservit ad detergendas maculas ex pinguedine ortas, non alias Bergius *Mat. Med.*

363. Saponaria *Vaccaria.*
Habitat in agris *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Daroca*, *Calamocha* &c.

364. Saponaria *Ocymoides.*
Provenit *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya*, circà *Calcena*, *Val de Linares*, *Biber.*
Folia ex elliptico lanceolata. Flores rubri, speciosi, fauce coronatâ.

Tab. III.
pag. 53.



Dianthus hiſpanicus.

DIANTHUS.

365. Dianthus *Carthuſianorum.*
Provenit *en la modorra de Badenas.*

366. Dianthus *Armeria.*
Oritur circà *Oribuela*, *en la modorra de Badenas.*

367. Dianthus *prolifer.*
Habitat in montoſis circà *Villar del Saz*, *el Frasno*, *Segura*, *Bicor*, *Rodenas.*
Petala præmorſa. Capitulum bracteis longitudine florum cingitur.

368. Dianthus *Caryophyllus.*
Clavel, *Betonica coronaria* Laguna *l.* 4. *c.* 1. & Cienfuegos *t.* 3. *p.* 269. *t.* 7. *Ic.* 334.
Provenit *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya*, *en Moncayo*, circà *Oribuela.*
Pater *Caryophylli hortenſis.*
Cienfuegos *Ibid. p.* 270. *b. conocí un Fraile Francisco*, *que se llamaba Matute grande artifice de ingerir*, *que en el lugar donde nací los ingertò* (los Claveles) *en Lirios*, *y salieron de color azul*, *y terciopelados como el mismo lirio càrdeno.*

369. Dianthus *beltoides.*
Naſcitur circà *Oribuela.*
Petala obverſè ovata, ſerrata, purpurea, punctis albis notata.

370. Dianthus *ſuperbus.*
Oritur circà *Tronchon.*

371. Dianthus (*Hiſpanicus*) caule ſubunifloro, ſquamis calycinis ovatis, petalis linearibus, integerrimis *Tab. III.*
Habitat *en el monte torrero*, circà *Epila*, *Tronchon.*
Planta ſpithamæa. Radix lignoſa. Folia radicalia in cæſpitem congeſta, lineari-ſubulata. Caules uniflori, rariùs biflori, glabri. Tubus calycinus cylindricus: ſquamæ quatuor ad baſin ovatæ, acutæ. Petala linearia, integerrima, pallidè purpurea. Cætera ut in congeneribus.
2. Variat petalis ſubrotundis, albis, & rubris. Hæc varietas vulgatior eſt circà *Segura*, *Oribuela*, *Rodenas*, *en la muela de S. Juan*, propè *Griegos.*
A *D. pungente* Linnæi diſtinguitur ſquamis calycinis, & caulibus non ſuffruticoſis; à reliquis verò Dianthis, petalis linearibus.
Ad febres intermitentes laudant noſtrates.

TRIGYNIA.

CUCUBALUS.

372. Cucubalus *Behen.*
Hispanis *Collejas.*
In agris frequenter occurrit *Cæsaraugustæ, en Epila, Calatayud* &c.
Flores siccati, & in pulverem redacti ad erisipelas prosunt Gunner. *Fl. Norv. p.* 9. Planta dum junior edulis; sed pecus respuit Schreber *Samml. III. p.* 53.
Cienfuegos *t.* 6. *part.* 2. *p.* 249. *Yo he hallado en las montañas de Aragon, y en sus laderas Griegos, y Armenios cogiendo immensidad de estas raices de Collejas las quales llevan à Venecia, y me confiessan que las buelven à embiar à España con nombre de Behen, y las reparten à toda Europa como mercaduría de Levante.*
373. Cucubalus *Otites.*
Oritur *en el monte torrero*, in aridis circà *Epila, Pozuelo.*
Radix fusiformis, fibrosa. Folia radicalia congesta, cuneiformia, obtusa, caulina connata. Flores verticillati, dioici. Calyx striatus. Petala angusta, albido-viridia.

SILENE.

374. Silene *nocturna.*
Provenit *Cæsaraugustæ* in olivetis, & agris.
375. Silene *viridiflora.*
Oritur *en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya*, circà *Badenas*, in pratis montanis *la Palomita, Cantavieja.*
Caulis pubescens. Rami floribus 3, aut 4 terminati. Petala albido-viridia.
376. Silene *conoidea.*
Synonymum Morisoni in *Silene conicâ* ad hanc speciem pertinet.
Habitat in agris *Cæsaraugustæ, en Epila, Borja* &c.
377. Silene *Armeria.*
Occurrit frequenter in agris *Cæsaraugustæ, en Epila, Calatayud* &c.
378. Silene *rupestris.*
Legi in rupibus calcareis circà *Calcena.*

STELLARIA.

379. Stellaria *graminea.*
Provenit in sylvis *en Moncayo*, circà *Oribuela, Linares* &c.
380. Stellaria petalis calycem æquantibus, foliis lanceolatis, cauli-

bus procumbentibus.
Anagallis aquatica quarta Lobel. *p.* 467.
Alsine foliis lanceolatis, petalis bipartitis, petiolis unifloris Haller *Helv.* *n.* 881.
Legi in rivulis montes sylvosos circà *Orihuela* irrigantibus.
Caules procumbentes, tetragoni, glabri. Folia opposita, lanceolata, integerrima. Pedunculi umbellati, uniflori, rariùs biflori. Calyx in quinque segmenta acuminata divisus. Petala totidem alba, bipartita, expansa, calycem longitudine æquantia. Stamina decem, styli tres. Capsula ovata, sexvalvis.

ARENARIA.

381. Arenaria *tetraquetra.*
Caryophyllus saxatilis, ericæ foliis C. Bauh. *Prod.* *p.* 105.
Provenit *en la muela de S. Juan* propè *Griegos*, in montosis circà *Tronchon.*
Planta, quam vidi, vix pollicaris erat. Folia opposita, ovata, acuta, imbricata. Flores terminales, aggregati, albi.
Ad febres intermittentes valere mihi narratum.

382. Arenaria foliis linearibus, inferne ciliatis, caulibus ramosis.
An Alsine foliis ovato lanceolatis, ciliatis, petalis calyce majoribus Haller. *Helv.* *n.* 876. *t.* 17?
Provenit *en la Palomita*, circà *Fortanete*, *Cantavieja.*
Planta spithamæa. Caules subhirsuti, ramosi. Folia linearia ejusdem latitudinis, infernè ciliata. Flores albi in petiolis unifloris. Petala calyce majora. Planta media inter *A. multicaulem*, & *ciliatam* Linnæi, ut utrasque conjungat tamquam meras varietates.
Foliorum figurâ ab *Alsine Hallerianâ* superiùs allegatâ nonnihil recedit; sed Icon apposita habitum nostræ stirpis optimè repræsentat.

383. Arenaria *montana Tab. II. f.* 3.
Habitat *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya*, circà *Albarracin.*
Caules reptantes. Folia lanceolata, opposita. Rami fructiferi erecti. Pedunculi umbellati, duo, aut tres. Calycis segmenta, acuta. Petala alba, obversè ovata, calycibus duplò longiora. Flores in toto genere maximi.

384. Arenaria *rubra.*
Oritur locis gramineis *Cæsaraugustæ.*
Variat floribus pentandris.

385. Arenaria *saxatilis.*
Habitat in duris *Cæsaraugustæ*, circà *Badenas.*

386. Arenaria *tenuifolia.*
Legi in rupibus circà *Calcena.*
Pedunculi uniflori. Calycis laciniæ subulatæ.

387. Arenaria *laricifolia.*
Stellaria laricifolia Scopoli *Fl. Carn. tab.* 18.
Provenit *en el avellanar del Collado* circà *Badenas*, *en Segura.*
Folia congesta, setacea.

PENTAGYNIA.

COTYLEDON.

388. Cotyledon *umbilicus Veneris.*
Umbilico de Venus, *Orejas de monge*, *Vasillos* Cienfuegos *t.* 1. *p.* 1175. Laguna *l.* 4. *c.* 93.
In umbrosis frequens *en Moncayo*, *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya*, circà *Rodanas.*

389. Cotyledon *Hispanica.*
Pistorinia. Cotyledon caule simplici, foliis oblongis, subteretibus, corollis tubulosis, fasciculatis Ortega *Cotyledonis Muzizoniæ*, *& Pistoriniæ descriptio* Matriti 1772 (1).
Habitat in montosis circà *Villar del Saz*, secùs *el barranco de la atalaya*; propè *Santed*, sed parciùs.

SEDUM.

390. Sedum *dasyphyllum.*
Provenit *en el monte de Herrera*, *en Rodanas*, *Moncayo*, *en la Sierra de Villaroya*, circà *Segura.*

391. Sedum *reflexum.*
In rupestribus, & sterilibus frequens.

392. Sedum *album.*
Uvas de gato.
Siempreviva menor Laguna *l.* 4. *c.* 91.
In muris vulgatissimum.

393. Sedum *acre.*
Vide Laguna *l.* 4. *c.* 92.

---

(1) Sed cur *Pistoriniam* dixit plantam à Cl. Linæo propositam, & descripta[m]... cum nova genera *propediem* evulgare promitteret? Hæc autem ad inanem osten[tationem]... nec ille genera huc usquè prodierunt.

In montosis magnâ copiâ, *en Moncayo, en el monte de Herrera* &c.

Planta exurens ad tineam utilis Marquet *Obs. p.* 271. cum aquâ, & melle ad carbunculos *Ibid. Obs.* 98.

394. Sedum foliis subglobosis, caule humili, umbellato.

An Sedum caule folioso, erecto, umbellato, humillimo, foliis teretibus Haller *Helv. n.* 963?

Provenit *en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya, en la de Arcos* &c.

Planta pollicaris tota rubore perfusa. Folia opposita, etiam alterna, subglobosa. Flores umbellati, albi, linea rubrâ percursi. *Sedum saxatile atrorubentibus floribus* Scheuch. *It. I. p.* 48. *t.* 6. *f.* 3, 4. quod inter synonyma adposuit Hallerus ad nostrum valdè accedit, si non idem, ut ex Iconibus patet.

OXALIS.

395. Oxalis *acetosella.*

Oxitriphyllon, ò Alelluya Cienfuegos *t.* 3. *p.* 305. *t.* 7. *Ic.* 46.

Oxys folia terna habet Plin. *l.* 27. *n.* 89.

Oritur *en Moncayo.* Cienfuegos *l. c. Nace en tierras humedas, y sombrias, en los bosques en mi lugar, que es Tarazona, riberas del monte Moncayo.*

Vires habet cremoris tartari Floyer *Pharm. p.* 90.

AGROSTEMMA.

396. Agrostemma *Githago.*

Provenit inter segetes *Cæsaraugustæ, en Daroca, Calcena, Epila, Montalván* &c.

LYCHNIS.

397. Lychnis *dioica.*

In agris vulgatissima.

CERASTIUM.

398. Cerastium *vulgatum* Loefling. *Iter p.* 197.

In agris, & pratis etiam montanis frequens, *en la Palomita, en el monte de Herrera* &c.

399. Cerastium *viscosum.*

Ad agrorum margines *Cæsaraugustæ, en Hijar, Epila* &c.

400. Cerastium *alpinum.*

Habitat *en Moncayo, en la Sierra de Villaroya*

Folia in nostro solo hirsuta.

DODECANDRIA.
MONOGYNIA.

PEGANUM.

401. Peganum *Harmala* Diosc. *l.* 3. *c.* 49.
Hispanis *Alharma*, nomen arabicum Casiri *Bibl. Esc. I. p.* 336. etiam *Gamarza*.
Provenit copiosè *Cæsaraugustæ*, *en Hijar*, *Calatayud*, *Belchite*, *Epila*, & ubi gypsum adest. Cineres ad lixivia utiles, quòd ad mundanda lintea valdè conferant. Semina tosta in foris veneunt apud Turcas, quibus ebrietatem cum hilaritate quâdam conjunctam inducit Linn. *Amœn. t.* 6. *Inebriantia.*

PORTULACA.

402. Portulaca *oleracea.*
Verdolagas Laguna *l.* 2. *c.* 113.
Andrachne.... colligitur cibi causâ Plin. *l.* 25. *n.* 103.
In urnis plantarum spontè crescit.
In acetaria recipitur.

LYTHRUM.

403. Lythrum *Salicaria.*
Juxtà fossas *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Daroca*, *Calatayud* &c.
Ad dysenteriam cum successu adhibetur *Iour. œcon.* 1764. *Iuillet.* Haen. *Rat. med. III. p.* 214. Bonum pabulum Schreber *Samml. III.* non ità secundum Gleditsch *Act. Berol.* 1768. Flores ad firmanda coria Idem *Act. Berol.* 1754. *p.* 124. *seq.*

DIGYNIA.

AGRIMONIA.

404. Agrimonia *Eupatoria.*
Agrimonia Laguna *l.* 4. *c.* 42. sed non est *Eupatorium* Dioscoridis.
Provenit circà *Linares*, *en la modorra de Badenas*, *Cæsaraugustæ*.
Ad icterum cum melle datur *Iour. œcon.* 1769. *Octobre.* Flores ad induranda coria inserviunt Gleditsch. *Act. Berol.* 1754. *p.* 124. *seq.*

TRIGYNIA

RESEDA.

405. Reseda *Luteola.*
Gualda.
Habitat in agris circà *Calanda*, *Xarque*, & alibi.
Flavo colore tingit Hellot *de la teint. c.* 6.

406. Reseda *canescens.*
Oritur *en Biber de la Sierra*, *en el monte de Herrera.*
Variat floribus pentagynis.

407. Reseda *alba.*
Provenit copiose circà *Alcañiz*, *Teruel*, *Calamocha.*

408. Reseda *lutea.*
Nascitur *en el monte torrero*, circà *Fortanete*, & alibi.

409. Reseda *Phyteuma.*
Habitat *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Hijar.*
Flores odorati. Fructus magnus.

EUPHORBIA.

410. Euphorbia *Peplis.*
Provenit in agris Cæsaraugustæ.

411. Euphorbia *Peplus.*
Peplis Plin. *l.* 27. *n.* 93.
Habitat cum priori.

412. Euphorbia *exigua.*
Passim *Cæsaraugustæ* in olivetis.

413. Euphorbia *dulcis.*
Tithymalus dulcis, tuberosâ radice Barrel. *Ic.* 909.
Oritur circà *Caspe*, nec alibi mihi visa.

414. Euphorbia *segetalis.*
Nascitur inter segetes *en Alcañiz*, *Calatayud*, *Brea.*

415. Euphorbia *helioscopia* Diosc. *l.* 4. *c.* 166.
Lechetrezna; quod nomen omnibus Euphorbiis commune est.
Esula rotundifolia serrata, carnosior Barrel. *Ic.* 212.
Vulgatissima in agris *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Hijar*, *Daroca* &c.
Carnes boum ingrato sapore inficit Linn. *Fl. Suec. n.* 425.

416. Euphorbia *serrata.*
Provenit in satis *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Hijar.*
Variat sæpiùs umbellâ universali ...

417. Fuphorbia *verrucosa.*
Provenit *en la dehesa de Cantavieja, en Alcalá de la Selva.*
Caules in nostro solo eriguntur.

418. Euphorbia *pilosa* Scopoli *Fl. Carn. tab.* 21.
In agris, & ruderatis *Cæsaraugustæ.*

419. Euphorbia *Characias* Diosc. *l.* 4. *c.* 166.
Oritur circà *Brea*, *Añon.* Folia mollia, hirsuta. Capsulæ pubescentes. Cienfuegos *t.* 6. part. 2. p. 249. *Lo mismo hacen* (loquitur de mercatoribus) *con una semilla que llaman Coca de Levante, que lo es de una especie de Titimalo Caracias, ò amygdaloydes, que en Aragon, Valencia, y Cataluña son matas casi tan grandes como arbolillos; la simiente grande negra de tres esquinas. Esta cogen, y bolviendola à traer à España, y dividir por Europa, la venden con nombre de Coca de Levante.*

420. Euphorbia *sylvatica.*
Habitat in montanis circà *Villarluengo, Linares, Alcalá de la Selva, Camarena, Albarracin* &c.
Radices, & caules edules Muffet *healt. impr. p.* 217. Poloni ejus decoctum ad luem veneream adhibent, quo etiam Henricus III. sanatus fuit River. *Obs.* 41. Pecus non tangit Schreber *Samml. III. p.* 15. Ad saginandas gallinas utile *Iour. œcon.* 1757. *Aoüt.*

SERRATULA.

784. Serratula *arvensis.*
In agris vulgaris *Cæsaraugustæ*, *en Epila* &c.
Pappus ad culcitras implendas inservit Linn. *Westgota resa p.* 266.

CARDUUS.

785. Carduus *lanceolatus.*
Provenit in agro *Cæsaraugustano.*

786. Carduus *nutans.*

Onopyxus amplo capite, purpureus, angustifolius Barrel *Ic.* 1116.
Oritur *en Montreal del Campo*, circà *Almonacir de la Cuba.*

787. Carduus *acanthoides.*
Provenit circà *Biber*, *Calcena*, *en la Sierra do Villaroya*, *en Rodanas.*
Folia lanceolata, pinnatifida, laciniis plicatis.

788. Carduus *crispus.*
Cardo de burro.
Passim in agris, & juxtà vias.

789. Cardus *monspessulanus.*
Juxtà fossas, & locis humidis magnâ copiâ *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud*, *Daroca* &c.
Folia lanceolata, margine spinosa. Caules supernè nudi. Pedunculi tomentosi.

790. Carduus foliis decurrentibus, sinuatis, subtùs tomentosis, pedunculis elongatis, subnudis, unifloris.
An Carduus foliis decurrentibus, pinnatifidis, margine spinosis, caule unifloro, pedunculo longissimo, calycum squamis inermibus patentibus, setaceis Govan *Illust. p.* 62. *tab.* 24?
Provenit circà *Camarena*, *Albarracin*, *Oribuela*, *Alcalà de la selva* &c.
Folia lanceolata, sinuata, subtùs tomentosa, suprà villosa, spinosa. Pedunculi longi, incani, uniflori, uno alterove folii ramento instructi. Calycis squamæ patentes, rigidæ, latiusculæ, pungentes.
A *Carduo medio* Govani vix differt, nisi calycis squamis spinosis; cætera in utroque adeò conveniunt, ut in Icone Cl. viri plantam nostram ad vivum expressam facilè deprehendas. An igitur illà nota distinctionem urgeat speciei, aliis definiendum relinquo.

791. Carduus *marianus.*
Passim in ruderatis, juxtà vias *Cæsaraugustæ* &c.

792. Carduus *eriophorus.*
Provenit *Cæsaraugustæ*, circà *Albarracin*, *Calamocha.*
Folia hispida, pinnatifida, laciniis bilobatis, divaricatis, sursùm, & deorsùm tendentibus. Flores magni, purpurei. Calycis squamæ acutæ, villosæ.

793. Carduus *mollis.*
Legi copiosè in summo jugo *Xabalambre.*

CNICUS.

794. Cnicus *Acarna* Theophr. *l.* 6. *c.* 4.
Habitat in arvis *Cæsaraugustæ*, *en Epila.*
Flores congesti, dilutè purpurei, parvi.

ONOPORDUM.

795. Onopordum *Acanthium.*
Hispanis *Tobas.*
Espina blanca Laguna *l.* 3. *c.* 12.
Acanthium tomentosum, capite, & semine majoribus, crispantibus caulium alis Barrel. *Ic.* 502.
Passim juxtà vias, & in incultis.
Receptaculum edule sapore Cynaræ Linn. *Amœn. t.* 3. *Pl. esculentæ.* Veteres ad cancrum adhibebant hujus plantæ succum; nunc verò negligitur, non rectè Linn. *Amœn. t.* 5. *Obst. medicinæ.*

796. Onopordum *acaule.*
Oritur *en Moncayo*, *en la Sierra de Villaroya*, *en el monte de Herrera.*
Folia in orbem disposita, sinuata, spinosa, incana. Flores centrales congesti, sessiles, dilutè purpurei, sex, aut octo, quorum unus, aut alter reliquis duplò major. Calycis squamæ pungentes. Receptaculum alveolatum.

CARLINA.

797. Carlina *vulgaris.*
In agris frequens *Cæsaraugustæ*, *en Epila* &c.
Folia amplexicaulia, sinuato-dentata, spinosa, suprà glabra, infernè tomentosa.
Ad Sodam valet *Eph. nat. cur. II. Obs.* 45.

ATRACTYLIS.

798. Atractylis *humilis* Loefling *Iter p.* 218.
Legi in collibus aridis propè *Pozuelo*, *Epila*, *en el monte torrero*, sed parciùs.

799. Atractylis *cancellata* Loefling *Iter p.* 219.
Oritur in agro *Cæsaraugustano.*
Flores lutei.

CARTHAMUS.

800. Carthamus *lanatus.*
Atractylis Diosc. *l.* 3. *c.* 101.
Provenit ad vias circà *Teruel*, *Rodenas*, *Calamocha.*
Pappus coloratus. Sanguineum succum fundit.
Floribus Crocus fucari solet apud nos.

801. Carthamus *Carduncellus.*
Oritur juxà vias *en Segura*, *Montalvan*, *Camarena*, & in Aragoniâ australi ubiquè ferè.
Radix in Africâ editur Shaw *Afr. n.* 162.

EUPATORIUM.

802. Eupatorium *cannabinum.*
Hoc est *Eupatorium* legitimum Diosc. *l.* 4. *c.* 42. quod Laguna pessimè *Agrimonia* interpretatus est.
Canabina de agua Cienfuegos *t.* 5. *p.* 847. *Ic.* 851.
Provenit ad aquas *Cæsaraugustæ.*

CHRYSOCOMA.

803. Chrysocoma *Lynosyris.*
Linaria aurea de Trago Cienfuegos *t.* 5. *p.* 770. *Ic.* 774.
Vernaculè *Manzanilla de pastor.*
Oritur in duris circà *Tronchon.*
Folia linearia, acuta, rigidiuscula.

SANTOLINA.

804. Santolina *Chamæcyparissus.*
Abrotanum fœmina Dioscor. *l.* 3. *c.* 27.
Abrotanum fœmina, incanum, hispanicum Barrel. *Ic.* 463.
In aridis vulgatissima *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud*, *Hijar*, *Caspe* &c.

805. Santolina *rosmarinifolia.*
Abrotanum fœmina, virens, vermiculato, serrato folio Barrel. *Ic.* 464.
Provenit propè *Rodenas.*
Planta suffruticosa, pedalis. Caules virgati, uniflori, supernè nudi. Folia linearia, acuta, carnosa, duplici denticulorum serie utrinquè instructa. Flores duplò majores quàm in præcedenti. Paleæ concavæ.

Tab. VIII.
pag. 117



F. 1. Artemisia herba alba.

TANACETUM.

806. Tanacetum *Balsamita.*
Menta Sarracenica, *ò yerva de Santa Maria* Cienfuegos *t.* 3. *p.* 177. *t.* 7. *Ic.* 239.
Provenit ad margines pratorum circà *Linares*, *Alcalà de la selva.*

ARTEMISIA.

807. Artemisia *Abrotanum.*
Abrotano, *Yerva lombriguera* Laguna *l.* 3. *c.* 27.
Provenit circà *Tronchon*, *en la muela de San Juan* propè *Griegos*, *en Villarluengo.*
808. Artemisia *campestris.*
In sterilibus non rara, *Cæsaraugustæ*, *en el monte torrero.*
809. Artemisia *rupestris.*
Oritur locis saxosis circà *Utrillas*, *Aliaga*, *Mosqueruela*, *Albarracin.*
Folia radicalia congesta, multifida, sericea. Caules spithamæi, subnudi. Flores globosi, magni respectu plantæ, penduli.
In Helvetiâ vocant *Genipi blanc.* Semina ad pellendos vermes utilia.
810. Artemisia (*herba alba*) fruticosa, floribus solitariis, subsessilibus, bracteatis, flosculis omnibus hermaphroditis *Tab. VIII. f.* 1.
Vernaculè *Ontina.*
Herba alba Gesn. *Hort. p.* 244.
Absinthium incanum, lanuginosum, crispo, cristato folio Barrel. *Ic.* 433.
Abrotanum mas, tenuifolium, latifolium, hispanicum Idem *Ic.* 447. quoàd partem florentem.
Absinthium seriphium, montanum, candidum Scheuch. *It. IV. p.* 328. *I. p.* 29. *tab.* 3. *f.* 1.
Artemisia foliis tomentosis, multifidis, floribus erectis, longè spicatis, penè sessilibus Haller. *Helv. n.* 128.
Habitat in collibus aridis *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud*, *Hijar*, *Pozuelo* &c.
Frutex pedalis, erectus. Folia congesta, incana, bipinnata: pinnis iterùm pinnatis, etiam trilobis. Rami floriferi tomentosi, alterni. Flores solitarii, spicati, subsessiles, subjectis bracteis linearibus. Calycis squamæ concavæ, exteriores tomentosæ, interiores membranaceæ. Flosculi 4. aut 5. hermaphrodi-

ti, apice rubelli. Scheuchzeri Icon pessima, cùm flores pedunculatos repræsentet; adeòque novam dedimus accuratiorem.
Odor aromaticus cum gravitate quâdam.
Variat foliis viridibus, glabris. A pecore depascitur.

811. Artemisia fruticosa, foliis linearibus, bipinnatis, incanis, floribus racemosis.
Legi *en la dehesa de Albarracin.*
Frutex vix pedalis, erectus. Folia inferiora linearia, ad extremum bipinnata, pinnis linearibus acutis, incanis; superiora linearia, simplicia. Ex horum axillis racemuli prodeunt. Flores vix explicati erant; ideòque eorum descriptionem omitto. Mihi distincta omninò species visa est; examinent populares accuratiùs.

812. Artemisia *Absinthium.*
Axenxos Laguna *l.* 3. *c.* 24., 26. Cienfuegos *t.* 7. *p.* 144.
Oritur copiosè *en Teruel*, *Albarracin*, *Tronchon*, *Villarluengo*, *Purujosa.*
Adversùs vermes, & febres intermittentes cum fructu datur Haller. *Helv. n.* 124. Ovium carnes amaro sapore inficit Linn. *Amœn. t.* 1. *Fl. œcon.*

813. Artemisia *vulgaris.*
In ruderatis frequens.
Ex Artemisiæ lanâ *Moxa* Chinensium paratur ad podagram valdè laudata *Ephem. Nat. cur. Dec. II. an.* 4. *obs.* 1. non verò ex Santolinâ, ut asserit Cl. Bowles *Introd. à la Hist. nat. p.*

GNAPHALIUM.

814. Gnaphalium *Stœchas.*
Provenit in siccis *en el monte torrero*, circà *Epila*, *Calatayud*, *Teruel*, *Montalván* &c.
Folia sparsa, linearia, incana. Flores corymboso-capitati.

815. Gnaphalium *luteo-album.*
Nascitur in agris *Cæsaraugustæ*, *en Epila.*
Folia amplexicaulia, lingulata, obtusa, lanata.

XERANTHEMUM.

816. Xeranthemum *annuum.*
Iacea pusilla, oleæ folio, purpureis, congestisque floribus Barrel. *Ic.* 1126.
Habitat *Cæsaraugustæ* loco arido secùs viam Matritensem, *en*

Folia subtùs incana. Squamæ calycinæ membranaceæ, aristatæ.

CARPESIUM.

817. Carpesium *cernuum*.
Aster cernuum Columnæ, flore citrino Barrel. *Ic.* 1142.
Conyzoides flore flavescente, cernuo Tournef. *Act. Par.* 1706. *p.* 108.
Habitat in agro *Cæsaraugustano*.
Folia lanceolata, versùs petiolum attenuata, villosa, serrulata. Calyx ad basin foliolis longioribus instructus. Flores flavi, nutantes. Semina nitida, glutinosa.

CONYZA.

818. Conyza *saxatilis*.
Provenit in rupibus *en Montolar*, in montosis *de Campiel* circà *Calatayud*.
Folia tomentosa, infernè congesta. Pedunculi nudi. Calyx cylindricus, squamis margine nigris.

ERIGERON.

819. Erigeron *viscosum*.
Hispanis *Olibarda*.
Conyza mayor Clus. *Hist.* 2. *p.* 20.
Oritur copiosè *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Hijar*, *Caspe*, *Alcañiz*.
Pedunculi pilosi, sæpiùs biflori, foliolis linearibus aspersi.
Ad hanc plantam, quæ capris exitialis esse constat, retulit Cl. Gleditsch *Ægolethron* Plinii l. 21. c. 44. *Herba est*, inquit, *ab exitio, & jumentorum quidem, sed præcipuè caprarum appellata Ægolethron.* Tournefortius verò *Act. Par.* 1704. *p.* 351. Chamærhodendron interpretatus est, non rectè meo judicio. Vide *Act. Berol.* 1759.
Ad confirmandum vinum debile inservire mihi narratum.

820. Erigeron *graveolens*.
Nascitur in rupibus circà *Ricla*, *Montalvan*, *Albarracin*, *Calatayud*, & alibi.
Caules hirsuti, ætate fiunt glabri.

821. Erigeron *acre*.
Habitat *en el pinar de Losilla* circà *Albarracin*, *en la modorra de Badenas*.
Folia lanceolata, integerrima, villosa. Pedunculi solitarii. Flo-

822. Erigeron foliis lineari-lanceolatis, remotè dentatis, rigidiusculis.

Oritur *en la dehesa de Albarracin*, *en la modorra de Badenas.*

Radix simplex, fibrosa. Caules palmares, scabriusculi, villosi. Folia lineari-lanceolata, rigida, remotè dentata. Flores nondùm explicaverat; calyx verò foliolis squarrosis, linearibus, reflexis constabat; undè ad *Erigerontis* genus hanc stirpem revocavi, quòusque ab aliis diligentiùs observetur. Nolui tamen prætermittere, ne pereat illius memoria.

TUSSILAGO.

823. Tussilago *Farfara.*

Farfara Laguna *l.* 3. *c.* 120.

Provenit in succulentis; copiosè *en Calcena*, *Villarluengo.*

Succus ad calculum laudatur *Commer. Norimb.* 1736. *p.* 394.

Ex lanâ radicis fomes parari potest Scaliger *Subt. p.* 180.

SENEÇIO.

824. Senecio *vulgaris*,

Yerva cana Laguna *l.* 4. *c.* 98.

Passim juxtà vias.

Cl. Stedman medicus Edimburgensis cataplasma ex Senecione in febribus intermittentibus stomacho admovere jubebat non sine successu *Iour. Oecon.* 1753. *Janvier.*

825. Senecio *viscosus.*

Provenit circà *Fortanete*, *Mosqueruela*, & alibi in Aragoniâ australi.

826. Senecio *sylvaticus.*

Propé vias frequenter occurrit.

Radii revoluti, flavi.

827. Senecio *Jacobæa.*

Habitat *en Mosqueruela*, *Teruel*, *Camarena*, *Albarracin*, & alibi.

Viridi colore tingit non valdè duraturo Linn. *Amœn. t.* 5. *Pl. tinct.*

828. Senecio *paludosus.*

Oritur in udis *en la Palomita.*

Caulis sulcatus, villosus, rubens. Folia sessilia, lanceolata, crassa, subtùs pubescentia, serrata.

829. Senecio *Doria.*

Juxtà fossas frequens *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud*, *Da-*

Folia crassa, serrata, ovato-lanceolata.

830. Senecio *Doronicum*.

Senecio corollis radiantibus, caule simplici, subunifloro, foliis indivisis, radicalibus petiolatis, subtùs incanis Gerard. *Prov. p.* 196. *tab.* 7.

Oritur *en Segura* versùs aquas medicatas.

In nostro solo folia vix villosa apparent. Flos unicus, magnus.

ASTER.

831. Aster *alpinus*.

Habitat *en la Palomita*, in pratis circà *Cantavieja*.

Caules uniflori, dodrantales, foliosi.

832. Aster (*Aragonensis*) foliis radicalibus spatulatis, integerrimis, caulinis linearibus; *Tab. VIII. f.* 2.

Oritur *en el monte de Herrera* versùs *Castelfrio*.

Radix multiplex, fibrosa. Caules pedales, leviter strriati, lanati; in adultâ plantâ lanam exuunt. Folia radicalia spatulata, integerrima, citò pereuntia; caulina sparsa, linearia, acuta, subtùs bisulcata. Inflorescentia corymbosa. Flores radio cœruleo. Calyx villosus, imbricatus, squamis inferioribus acutis, patentiusculis, superioribus latioribus, erectis. Flosculi hermaphroditi, tubulosi, quinquefidi in disco; fœminei ligulati, lineares in radio. Pappus pilosus. Semina oblonga. Receptaculum planum, nudum.

Ad *Asteris* genus hanc elegantem stirpem amandavi, non refragante præceptore, ob calycis naturam, quæ in hoc ordine magni momenti esse debet: habet tamen quandam cum *Erigeronte* convenientiam.

SOLIDAGO.

833. Solidago *Virga aurea*.

Virga aurea montana, minor Barrel. *Ic.* 783.

Provenit *en Moncayo*, *en la Sierra de Villaroya*, *en los montes de Rodanas*, *en el de Herrera*, circà *Rodenas*, *en la modorra de Badenas*.

Hæc est vera officinalis planta ad renum, & vesicæ vitia commendata. Indocti Pharmacopæi in Aragoniâ nostrâ hujus loco substituunt *Veronicam tenuifoliam n.* 12. descriptam.

INULA.

834. Inula *Helenium.*
Ala Laguna *l.* 1. *c.* 27.
Habitat in montoſis circà *Barbaſtro.*
Folia magna, ovata, ſubtùs tomentoſa, ſerrata. Flores magni. Calycis ſquamæ latæ, foliaceæ, reflexæ.
Radix aromatica, multum gummi habet Cartheuſer *Mat. med. II, p.* 54. Ex eâdem in urinâ maceratâ, cum vacciniis, & cinere clavellato color cœruleus obtinetur Linder *Fargakonſt. p.* 62.
835. Inula *dyſenterica.*
Juxtà foſſas non rara *Cæſaraugustæ, en Epila.*
Planta ad dyſenterias utiliſſima, ſed à nuperis neglecta. Ruſſorum copiis adverſùs Turcas bellum gerentibus valdè profuit Linn. *Amœn. t.* 4. *Cenſura ſimpl.*
836. Inula *ſalicina.*
Habitat in pratis *en la Palomita*, circà *Cantavieja, Linares, en la modorra de Badenas.*
Folia rigida, recurva.
837. Inula *montana.*
Oritur circà *Badenas, en Camarena, Pitarque.*
Caulis pedalis. Folia incana, lanceolata, integerrima. Flores magni, lutei. Calycis ſquamæ villoſæ, lineares, reflexæ.

CINERARIA.

838. Cineraria *paluſtris.*
Provenit copioſè in pratis humidis circà *Calamocha.*

DORONICUM.

839. Doronicum *pardalianches.*
Habitat *en Moncayo.*

BELLIS.

840. Bellis *perennis.*
Vernaculè *Margarita.*
Bellis in pratis naſcitur, flore albo, aliquatenus rubente. Plin. *l.* 26. *n.* 13.
Paſſim ad vias, & agrorum margines. Floret totâ hyeme-

Tab. IX.
pag. 123.



F.1. Chrysanthemum Aragonense.



F.2. Carex Halleriana.

Ad hecticam febrem nonnulli laudarunt Eysel *Bellidogr. p.* 26.

CHRYSANTHEMUM.

841. Chrysanthemum *corymbiferum.*
Tanacetum inodorum, latifolium, alpinum, magno Bellidis flore Barrel. *Ic.* 786.
Habitat *en Moncayo*, *en la Sierra de Villaroya*, *en el monte de Herrera.*

842. Chrysanthemum *Leucanthemum.*
Inter segetes non rarum *Cæsaraugustæ*, *en Epila.*
Infusum ad orthopnæam commendat Floyer *Pharmac. p.* 100.

843. Chrysanthemum *montanum* Jacq. *Obs. t.* 91.
Provenit circà *Badenas*, *Pitarque*, *Camarena.*
Folia crassa, spatulata, ima serrata, superiora linearia, integra.

844. Chrysanthemum *alpinum.*
Leucanthemum alpinum, tenuifolium Barrel. *Ic.* 458. *n.* 3.
Oritur in montosis circà *Oribuela*, *en la Muela de San Juan* propè *Griegos.*
Planta pollicaris. Folia cuneiformia, dentata. Calyx squamis oris sphacelatis.

845. Chrysanthemum (*Aragonense*) caule unifloro, foliis radicalibus congestis, sericeis, linearibus, apice subtridentatis, caulinis superioribus integerrimis, acutis. *Tab. IX. f.* 1.
Chrysanthemum pallidum, minimis, imisque foliis incisis. superiorbus integris, & capillaribus Barrel. *Ic.* 421.
Provenit *en la Sierra de Villaroya*, circà *Purujosa.*
Radix lignosa. Caules pedales, infernè perennantes, incani, supernè nudi, uniflori. Folia radicalia congesta, sericea, linearia, apice plerumque tridentata, dentibus acutis; nonnunquam 4, & 5. dentata: caulina inferiora similia radicalibus, superiora etiam linearia acuta, integerrima. Flores lutei, radio pallidè flavo. Calyx imbricatus squamis sericeis, oris membranaceis. Flosculi hermaprhoditi in disco, tubulati, quinquefidi; fœminei in radio ligulati, tridentati. Semina oblongâ. Pappus nullus. Receptaculum nudum.

MATRICARIA.

846. Matricaria *Parthenium.*
Matricaria Laguna *l.* 3. *c.* 149.
Habitat in agro *Cæsaraugustano.*
Infusum ad hydropem valet Spindler *Obs.* 51.

COTULA.

847. Cotula *aurea* Loefling. Iter *p.* 221.
Provenit *Cæsaraugustæ* propè *la puerta quemada.*
Odor aromaticus, suavissimus. Nonnulli Chamomillæ substi-tuunt felici errore.

ANTHEMIS.

848. Anthemis *altissima.*
Passim in agris *Cæsaraugustæ*, *en Epila.*
Planta procumbens, rariùs erecta in nostro solo. Folia villosa. Caulis supernè incrassatus. Calyx hirsutus. Paleæ latæ, obsoletè triangulares.
849. Anthemis *nobilis.*
Manzanilla Laguna *l.* 3. *c.* 148.
Vernaculè *Camomila.*
Oritur *en la Sierra de Villaroya*, *en el monte de Herrera*, circ. *Badenas.*
Hæc species apud nos est officinalis, & *Matricariæ Chamomill.* vices explet. Ejus infuso ad ventriculi mala plurimùm utuntur nostrates.
850. Anthemis *arvensis.*
In agris Aragoniæ australis magnâ copiâ.
851. Anthemis *Cotula.*
Manzanilla bastarda Laguna *Obs. ad* C. 149. *l.* 3.
In agris magnâ copiâ *Cæsaraugustæ*, *en Epila.*
Multa cum antecedenti habet communia: distinguitur præcipuè calycis squamis oris membranaceis, neque fuscis, paleis rigidioribus, & fœtore peculiari.
Floribus in hystericâ passione feliciter utebatur Cl. Iussieu Linn. *Amœn. t.* 4. *Censura simp.* Ad gallinas saginandas commendatur *Iour. œcon.* 1757. *Aout.* Bufones adlicit Linn. *Amœn. t.* 1. *Fl. œcon.*
852. Anthemis *montana.*
Oritur *en Segura* versùs aquas medicatas.
Folia pinnata: pinnæ dentatæ. Caules supernè nudi, striati.

ACHILLEA.

853. Achillea *Ageratum* Diosc. *l.* 4. *c.* 60.
Provenit *Cæsaraugustæ*, *en Camareña.*
854. Achillea *tomentosa.*
An Achillea Diosc. *l.* 4. *c.* 37?

Oritur *en Añon*, *Purujosa*, circà *Albarracin.*

855. Achillea *Millefolium.*
Mil en rama Laguna *l.* 4. *c.* 104. sed *Stratiotes* Diosc. videtur alia planta.
Ad agrorum margines non rara; etiam *en el monte de Herrera.*
Ad phthisin laudatur, Langius *de Millefol. p.* 14. Ad scabiem pecoris Kalm. *Resa p.* 299.

856. Achillea *nobilis.*
Legi circà *Montalván*, *Segura.*
Calycis squamæ oris minùs fuscis quàm in *Achilleâ Millefolio.*

BUPHTHALMUM.

857. Buphthalmum *spinosum.*
Vernaculé *Cevadilla.*
Juxtà fossas frequens *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud*, *Hijar.*
Folia calycina trinervia.
Cevadilla vocant nostrates quòd sternutationem excitet.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

CENTAUREA.

858. Centaurea *crupina.*
Chondrilla purpurea, tenuifolia, capite Jaceæ, semine Cardui Barrel. *Ic.* 1136.
Oritur in pratis circà *Cantavieja en la Serna*, *en la modorra de Badenas.*

859. Centaurea *pectinata.*
Stœbe tenuifolia, erectior, hispanica Barrel. *Ic.* 359. proximè accedit.
Provenit *en el monte de Herrera*, *en el de San Ginès*, circà *Calatayud.*
Planta spithamæa, procumbens. Folia pinnata, pinnis linearibus. Calyx squamis ciliatis, ciliis albis, capillaribus, plumosis. Corollulæ pallidè purpureæ, etiam albæ.

860. Centaurea *nigra.*
Iacea foliis radicalibus semipinnatis, caulinis ovato-lanceolatis, caulibus angulatis Haller. *Helv. n.* 184.
Provenit in agris circà *Borja*, in pratis montanis *en la Palomita*, *Cantavieja*, *Linares*; circà *Badenas.*

861. Centaurea *montana.*
Oritur *en Moncayo*, *en la Sierra de Villaroya*, *en el monte de*

Herrera, & alibi.

Planta spithamæa. Flores speciosi, cœrulei.

862. Centaurea *Cyanus*.

Inter segetes non rara circà *Biber de la Sierra*, & in Aragon australi.

Corolla cum alumine pulchrum colorem cœruleum præbet a pingendas litteras Linn. *Amœn. t.* 5. *Pl. tinct.* Flosculi cum aqu gummatâ subacti, in placentam rediguntur pictoribus utile *Gentl. Magaz.* 1748. *March.*

863. Centaurea *paniculata*.

Arsolla, *mata Gallegos*.

Provenit copiosè circà *Cetina*.

Flores parvi, dilutè purpurei. Folia superiora simpliciter pin nata, etiam linearia.

864. Centaurea *Scabiosa*.

Provenit *en Montolar*.

865. Centaurea *Iacea*.

Habitat in pratis *en la Palomita*, *Cantavieja*, *Linares*, *en l Valtuerta de Mosqueruela*, *en la modorra de Badenas*.

Luteo colore tingit Linn. *Amœn. t.* 5. *Pl. tinct.*

866. Centaurea *alba*.

Provenit circa *Purujosa*.

Squamæ calycinæ acutæ, argenteæ.

867. Centaurea *conifera*.

Vernaculè *Cuchara de pastor*.

Stœbe pinea, amplo capite Barrel. *Ic.* 138.

Oritur in aridis circà *Cæsaraugustam*, *Hijar*, *Caspe*, *Alcañiz*, *Calanda*, *Tronchon*, *Orihuela*.

Planta vix palmaris. Folia radicalia lanceolata, infernè hastato-dentata: superiora pinnatifida, pinnis linearibus, acutis, omnia subtùs tomentosa. Flores in toto genere maximi, purpurei. Calycis squamæ scariosæ, oblongæ, apice palmatæ.

868. Centaurea *aspera*.

Iuxtà vias vulgatissima *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, *Hijar*, *Calatayud*.

Calycis spinæ triplices.

869. Centaurea *benedicta*.

Provenit *Cæsaraugustæ en la Almozara*.

Ad variolas ovium commendatur, Linn. *Amœn. t.* 4. *Ovis*.

870. Centaurea *calcitrapa*.

Vernaculè *Abrojos*.

Passim juxtà vias.

Ad febres intermittentes adhibere solent nostrates.

871. Centaurea *solstitialis.*

Carduus solstitialis, flore luteo, minor Grislei *Virid. Lusit. p.* 25.

Ad agrorum margines frequens *Cæsaraugustæ en Epila, Hijar &c.*

872. Centaurea *collina.*

Provenit circà *Teruel, Rodenas, Orihuela, Calatayud, Cetina.*

Flores neutri in ambitu quadrifidi. Foliorum laciniæ spinâ innocuâ terminantur.

873. Centaurea *Salmantica.*

Passim ad agrorum margines *Cæsaraugustæ, en Epila, Calatayud, Daroca, Hijar.*

Folia inferiora lyrata; superiora linearia, dentata.

Ad scopas nostratibus inservit.

874. Centaurea *nudicaulis.*

Centaurea calycibus squamosis, foliis radicalibus indivisis, petiolatis, caule unifloro, subnudo Gerard *Prov. p.* 187. *tab.* 5. bona.

Oritur *en el avellanar del Collado* circà *Badenas, en la dehesa de Aliaga.*

Folia inferiora ovata, dentata: superiora linearia. Caules uno, alterove foliolo instructi.

POLYGAMIA NECESSARIA.

CALENDULA.

875. Calendula *officinalis.*

Passim in agris *Cæsaraugustæ* &c.

Flores luteo colore tingunt Linn. *Amœn. t.* 5. *Pl. tinct.*

FILAGO.

876. Filago *germanica.*

Oritur propè *Cæsaraugustam.*

Caules tomentosi. Folia sparsa, linearia. Calycis squamæ strictæ, acutæ.

Herba impia vocatur incana, rorismarini aspectu, thyrsi modo vestita, atque capitata Plin. *l.* 24. *n.* 113.

877. Filago *pyramidalis.*

Gnaphalium roseum, supinum, serpyllifolium Barrel. *Ic.* 128. *n.* 5.

Planta vix pollicaris, parum ramosa. Folia lineari-lanceolata, tomentosa. Florum glomeruli in dichotomiâ caulis, & in ramorum summitate, foliis cincti.

MICROPUS.

878. Micropus *erectus* Loefling. *Iter. p.* 225. *t.* 1. *f.* 3.
Gnaphalium minus latioribus foliis C. B. *Pin. p.* 263.
Provenit *en el monte torrero*, & locis aridis.

ECHINOPS.

879. Echinops *Ritro.*
Carduus sphærocephalus, latifolius, cœruleus, major Barrel. *Ic.* 412.
Habitat *en el monte torrero*, in siccis circà *Epila*, *Pozuelo*, *Hijar*, *Calatayud.*
Ex *Echinope strigoso* fomes paratur.

MONOGAMIA.

JASIONE.

880. Jasione *montana.*
Provenit *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya*, *en los montes de Rodanas.*
Caulis erectus, aut procumbens, angulatus. Folia linearia, undulata, hirsuta. Capitulum terminale, cœruleum.

VIOLA.

881. Viola *odorata.*
Violetas Laguna *l.* 4. *c.* 122.
Habitat *Cæsaraugustæ en el soto de Cogullada*, & in montosis.
In catarrhis utiliter datur Schulze *Mat. med. p.* 192.

882. Viola *canina.*
Provenit in umbrosis *en Moncayo*, *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya*, *en el desierto de Calanda.*

883. Viola *montana.*
Viola martia arborescens, purpurea Garidel *Aix. tab.* 99.
Habitat *en Moncayo.*
Stipulæ magnæ, pinnatifidæ. Flores cœrulei, calcaribus brevibus.

884. Viola *tricolor.*

Flores albi cum mixturâ purpurei, & flavi coloris.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

ORCHIS.

885. Orchis *bifolia.*
Orchis radicibus oblongis, labello lineari Haller. *Helv. n.* 1285. *tab.* 35.
Provenit in sylvis circà *Añon.*

886. Orchis *Morio.*
Orchis radicibus subrotundis, galeæ petalis lineatis, labello trifido, crenato, medio segmento emarginato, Haller. *Helv. n.* 1282. *tab.* 33.
Oritur *en Moncayo, en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya.* Vide *num. seq.*

887. Orchis *mascula.*
Cynosorchis Diosc. *l.* 3. *c.* 135, 136.
Orchis radicibus subrotundis, petalis lateralibus reflexis, labello trifido, segmento medio longiore bifido, *Haller. Helv. numer.* 1283. *tab.* 33.
Provenit *en Moncayo, en la Sierra de Villaroya, en la Palomita* &c.
Bulbi cocti, & siccati fiunt pellucidi: tunc ex illis paratur pulvis farinaceus ad roborandas vires eximius, quem in Oriente appellant *Salep.* Geoffroy *Act. Par.* 1740. *p.* 97, 98. Ex Orchide *n.* 886. etiam parari scribit Cl. Bergius *Mat. Med.*

888. Orchis radicibus rotundis, spicâ brevissimâ, labello breviter quadrifido, circumserrato, punctato Haller *Helv. n.* 1275. *tab.* 30.
Oritur *en la Palomita,* in pratis circà *Cantavieja.*
Calcar germine brevius.

889. Orchis *militaris.*
Orchis radicibus subrotundis, spicâ conicâ, labello quadrifido, brachiolis & pectore perangustis Haller. *Helv. n.* 1277. *tab.* 28.
Habitat in pratis *en la Palomita*, circà *Cantavieja*, *Linares*, *Villarluengo.*

890. Orchis *latifolia.*
Orchis radicibus palmatis, caule fistuloso, bracteis maximis, labello trifido, serrato, medio segmeto obtuso Haller. *Helv. n.* 1279. *tab.* 32.
Habitat *en Pitarque*, in pratis *en la Palomita*, circà *Cantavieja*

Linares, *Monreal del Campo.*
Variat foliis maculatis; flore rubro, aut albido.

891. Orchis *incarnata.*
Orchis radicibus palmatis, bracteis coloratis, labello circumserrato, trilobato, lobo medio emarginato Haller. *Helv. n.* 1280.
Oritur *en Moncayo.*

892. Orchis *maculata.*
Orchis radicibus palmatis, caule folioso, labello trifido, serrato, medio segmento acuminato Haller. *Helv. n.* 1278. *tab.* 32.
Provenit circà *Oribuela*, in pratis humidis *en Monreal del Campo.*

893. Orchis *conopsea.*
Orchis radicibus palmatis, flore concolore, labello obtusè trifido, calcare germine breviore Haller. *Helv. n.* 1274. *tab.* 29.
Nascitur in pratis circà *Villarluengo.*
Odor suavissimus.

894. Orchis *abortiva.*
Epipactis aphylla, calcare longo, labello ovato, lanceolato Haller. *Helv. n.* 1288. *tab.* 36.
Oritur in sylvis circà *Añon.*

SATYRIUM.

895. Satyrium *viride.*
Orchis radicibus palmatis, galeâ connivente, labello trisulco, calcare brevissimo Haller. *Helv. n.* 1269. *tab.* 26.
Habitat *en el quarto pelado de Cantavieja*, circà *Linares.*

OPHRYS.

896. Ophris *Ovata.*
Bifolio Cienfuegos *t.* 1. *p.* 1056.
Epipactis foliis binis, ovatis, labello bifido Haller. *Helv. numer.* 1291. *tab.* 37.
Provenit in pratis montanis *en la Palomita*, *Cantavieja*, *Alcalá de la Selva*, *Linares.*

897. Ophrys *insectifera* (*myodes*).
Orchis radicibus subrotundis, labello sericeo, bisulco, brachiolis brevibus, subulatis Haller. *Helv. n.* 1265. *tab.* 24.
Provenit *en el desierto de Calanda.*
Nectarii labium quadrilobum.

898. Ophrys *adrachnites.*
Orchis radicibus subrotundis, labello sericeo, emarginato, appendiculato Haller. *Helv. n.* 1266. *tab.* 24.

Habitat *en la Palomita*, in pratis circà *Cantavieja*, *Linares*. A præcedenti, cujus varietatem statuit Cl. Linnæus, mihi omninò differre videtur, spicâ densiore, petalis duobus interioribus ovatis, nectarii labio non quadrilobo, sed ex pentagono rotundato, duabus protuberantiis ad latera germinis notato.

SERAPIAS.

899. Serapias *longiflora*.
Epipactis foliis ensiformibus, caulinis, floribus pendulis, labello obtuso, per oras plicato Haller. *Helv. n.* 1296. *t.* 39.
Oritur in udis *en la Palomita*.

900. Serapias *grandiflora* Linn. *Syst. nat. p.* 594.
Epipactis caule paucifloro, lineis in obtuso labello levibus Haller *Helv. n.* 1298. *tab.* 41.
Provenit *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya*, in sylvis circà *Albarracin*.

901. Serapias *rubra* Linn. *Syst. nat. p.* 594.
Epipactis caule paucifloro, labello lanceolato, lineato, lineis undulatis Haller. *Helv. n.* 1299. *tab.* 42.
Habitat in sylvis circà *Tronchon*, *en el avellanar del Collado* circà *Badenas*.

HEXANDRIA.

ARISTOLOCHIA.

902. Aristolochia *Pistolochia*.
Pistolochia de Clusio Cienfuegos *t.* 7. *p.* 137.
Habitat *en el monte torrero*, in collibus circà *Alcañiz*.

903. Aristolochia *longa* Diosc. *l.* 3. *c.* 4.
Aristolochia longa Cienfuegos *t.* 3. *p.* 118. *b. t.* 7. *Ic.* 127.
Provenit in sepibus *Cæsaraugustæ*, *en Hijar* &c.

POLYANDRIA.

ARUM.

904. Arum *maculatum*.
Aro Laguna *l.* 2. *c.* 157. Cienfuegos *t.* 1. *p.* 1116.
Oritur in umbrosis *en Epila*, *Hijar*,
Planta acris, exurens. Radix sapone vices explet Pechey Her-

bal. p. 65. Ex eâ amylum paratur Du Hamel *Fabrique de l'amidon p.* 9. & panis fit Porta *Mag. nat. l.* 4. *c.* 17. Undè non improbabili conjecturâ existimat Wedelius *in pec. Dissert.* quòd *Chara* Cæsaris, quâ ejus milites famem Dyrrhachii sublevarunt, ad Ari radicem pertineat. Cæsar *de Bello civili l.* 3. *Est etiam genus radicis inventum ab iis, qui fuerant cum Valerio, quod appellatur Chara, quod admistum lacte multùm inopiam levabat; id ad similitudinem panis efficiebant.*

MONOECIA.

MONANDRIA.

ZANNICHELLIA.

905. Zanichellia *palustris.*
Habitat in flumine *Xiloca en Monreal del Campo, Calamocha, Daroca.*

DIANDRIA.

LEMNA,

906. Lemna *trisulca.*
In aquis vulgatissima *Cæsaraugustæ* &c.

907. Lemna *minor.*
Habitat cum priori.
Anatum cibus Linn. *Amœn. t.* 1. *Fl. œcon.*

908. Lemna *gibba.*
In aquis non rara.

TRIANDRIA.

TYPHA.

909. Typha *latifolia.*
Espadaña Laguna *l.* 3. 127.
Provenit juxtà flumen *Xiloca, en Daroca.*
Radix inter acetaria recipitur Gledistch *Meth. p.* 21. Pappus ad ad culcitras replendas utilis.

910. Typha *angustifolia.*

Oritur juxtà foſſas *Cæſaraugustæ*, *en Epila*, *Calatayud.*
Uſus œconomicus ad ſedilia conficienda.

SPARGANIUM.

911. Sparganium *erectum* Dioſc. *l.* 4. *c.* 23.
Sparganio Cienfuegos *t.* 3. *p.* 465.
Habitat in aquoſis *Cæſaraugustæ*, propè *Villar del Saz.*

CAREX.

912. Carex *dioica.*
Provenit in humidis *Cæſaraugustæ*, *en la Palomita.*

913. Carex *arenaria.*
Oritur *en el monte de Herrera*, *en la Sierra de Villaroya.*
Radices dulces balſamicam vim poſſident, & *Sarſaparrillam* occidentalem adeò ſuperare dicuntur, ut Berolini in illius locum facilè ſubſtituatur Gleditſch *Act. Berol.* 1768.

914. Carex *remota.*
Provenit *en la modorra de Badenas*, *en el barranco del lobo.*
Folia canaliculata. Squamæ ſpiculas diſtinguentes ſenſim minores.

915. Carex *flava.*
Naſcitur in pratis humidis *en la Palomita*, circà *Cantavieja.*

916. Carex *montana.*
Habitat *en la Sierra de Villaroya*, circà *Calcena.*

917. Carex *limoſa.*
Oritur in pratis *en la Palomita*, circà *Cantavieja.*

918. Carex *distans.*
Provenit *Cæſaraugustæ*, in collibus circà *Alcañiz.*

919. Carex *cæſpitoſa.*
Oritur *en la Palomita*, circà *Cantavieja.*

920. Carex *acuta.*
Gramen triangulum Cienfuegos *t.* 6. *part.* 1. *p.* 343. *Ic.* 345.
Habitat *en la Palomita*, circà *Cantavieja*, & alibi.
Hæc cum ſequenti ob radices duras, & latè repentes ad firmanda loca paludoſa præſtat Gleditſch. *Act. Berol.* 1768.

921. Carex *veſicaria.*
Habitat in paludibus *Cæſaraugustæ*, *en la Palomira.*

922. Carex (*Halleriana*) ſpicâ fœmininâ ſeſſili, mari approximatâ, alterâ ſolitariâ radicali, *Tab. IX. f.* 2.
Carex ſpicâ fœmininâ infimâ radicali, capſulis triquetris, elongatis Haller. *Helv. n.* 1385.

Oritur *en el monte de Herrera, en la Sierra de Villaroya*, circà *Calcena*.

Radix multiplex. Folia graminea, angusta, carinata. Culmi pedales, spicâ masculâ, longâ terminantur. Huic proxima est fœminina sessilis. Ex radice scapus dodrantalis assurgit spiculam aliam fœmininam, solitariam gerens. Interdum duæ spicæ radicales observantur. Capsulæ trigonæ, mucronatæ.

BETULA.

923. Betula *Alnus.*
Alyso.
Provenit ad aquas *en Epila, Pitarque.*
Lignum torneatoribus inservit; & ad calefaciendas fornaces reliquis præfertur. Sub aquâ durat. Cortex pileos nigro colore inficit Du Hamel *Arb. I. p.* 44. & lanas etiam cum limaturâ chalybis Linder *Fargekonst. p.* 73. Folia ad condensanda coria præstant Gleditsch *Act. Berol.* 1754. *p.* 124. *seq.* Chermes Alni in hac arbore lanam texit, quæ equos obcœcat. Sanantur sale in aures immisso Gunner. *Fl. Norveg. p.* 60.

TETRANDRIA.

BUXUS.

924. Buxus *sempervirens.*
Box.
Oritur copiosè *en Calcena, Villarluengo, Cantavieja.*
Lignum ad icones ligneas, ad opera torneatorum, & pectines utilissimum Du Hamel *Arb. I. p.* 117.
Fundum aquæ petit.

URTICA.

925. Urtica *vrens.*
Ortiga Laguna *l.* 4. *c.* 95.
Ortiga tercera, ò moeña Cienfuegos *t.* 3. *p.* 336. *b. t.* 7. *Ic.* 465.
Passim in ruderatis.

926. Urtica *dioica.*
Ortiga mayor Cienfuegos *t.* 3. *p.* 335. *t.* 7. *Ic.* 463.
Kimschon Prov. *c.* 24. *v.* 31. Celsius *Hierob. II. p.* 206.
Habitat cum priori: etiam in montes ascendit *en Moncayo, en el de Herrera* &c.
Planta tenera edulis, & ad pabulum optima *Act. Stock.* 1747.

p. 79. Radices cum alumine flavo colore tingunt Linn. *Amœn. t.* 5. *Pl. tinct.* Chalybs in Urticæ succo extinctus mollior evadit Weesch *Hecast.* I. *Obs.* 24. Ex tusâ cortice chartam paravit Cl. Schæfferus. Tandem cum in fila duci possit ut Cannabis, ad linteamina adhiberi cœpit. Vide *Iour. œcon.* 1751. *Avril*, & 1766. *Septembre.* Habet ergò vulgatissima planta egregias utilitates.

PENTANDRIA.

XANTHIUM.

927. Xanthium *strumarium.*
Oritur *Cæsaraugustæ*, *en Epila*, & alibi.
Luteo colore tingit Linn. *Amœn. t.* 5. *Pl. tinct.*
In Arabiâ Camelorum pabulum Forskal *Fl. Arab.* 98.

928. Xanthium *spinosum.*
Habitat *Cæsaraugustæ*, *Oscæ*, *en Epila.*
Folia trifida, segmento medio productiore, lanceolato, subtùs incana.

AMARANTHUS.

929. Amaranthus *Blitum.*
Bledos Laguna *l.* 2. *c.* 108.
Legi copiosè *en Epila.*
Antiquorum Blitum non liquet an ad hanc speciem pertineat, vel potiùs ad *Amaranthum album* Linn. *Amœn. t.* 5. *Culina mutata.*

POLYANDRIA.

CERATOPHYLLUM.

930. Ceratophyllum *demersum.*
Provenit copiosè *en los ojos de Monreal del campo.*

MYRIOPHYLLUM.

931. Myriophyllum *spicatum.*
In aquis frequens *Cæsaraugustæ*, *en Borja* &c.

POTERIUM.

932. Poterium *Sanguisorba.*
Hispanis *Pimpinela*

Locis glareosis frequens *Cæsaraugustæ*, & alibi ut enumerare non adtineat.
In acetaria recipitur, vulgò *ensalada italiana.* Ad condensanda coria inservit Gleditsch *Act. Berol.* 1754. *p.* 124. *seq.*

QUERCUS.

933. Quercus *Ilex.*
Hispanis *Encina*, *Carrasca* Laguna *l.* 1. *c.* 121.
In sylvis Aragoniæ frequens, ut enumerare non adtineat.
Ilici honos ad axes plaustrorum vertiris simplicis, & juga lyrarum, psalteriorumque Theophr. l. 5. *c.* 8.
Lignum durum, difficilè putrescit, ideòque ad opera navalia adhibetur Du Hamel *Arb. I. p.* 316.
934. Quercus *Suber.*
Alcornoque Laguna *Ibid.*
Provenit *en la Sierra de Villaroya*, circà *Sestrica.*
Cortex detrahitur Iulio, & Augusto, atque ope ignis explanatur. Combustus verò fuliginem præbet ad varia artificia utilem Du Hamel *Arb. II. p.* 293.
935. Quercus *coccifera.*
Coscoja, sive *Coscojo* Laguna *l.* 4. *c.* 49.
Provenit copiosè *en el Castellar*, in collibus circà *Hijar*, *Caspe*, *Alcañiz*, *en los montes de Rodanas* &c.
Cortex ad firmanda coria utilis la Lande *Art. du Tanneur p.* 23.
Coccus ramis, & foliis adhærens colorem kermesinum largitur constantem. Colligitur sub finem veris, & aceto intinctus, posteà siccatus ad usus reponitur Nissole *Act. Par.* 1714. *p.* 434.
Nostratibus negligitur; at Lagunæ ævo notissimus erat in arte tinctoriâ. Vide *l. c. Granum hoc, primoque ceu scabies frutici parvæ aquifoliæ ilicis, cusculium vocant; pensionem alteram tributi pauperibus Hispaniæ donat* Plin. *l.* 16. *n.* 12.
936. Quercus *Robur.*
Roble Laguna *l.* 1. *c.* 121.
Habitat *en Moncayo*, circà *Calcena.*
Materies dura, pretiosa ad ædificia, naves, & opera carpentariorum Du Hamel *Arb. II. p.* 209. Ob densitatem ad dolii facienda cæteris præstat *Iour. Oecon.* 1771. *Decembre.* Succu adeò adstringens, ut cum alkali tartarum vitriolicum præbea Neuman *Chem. p.* 189. & pro aceto haberi possit *La nature considerèe &c. Lett.* 162. Cortex ad induranda coria præstantissi[illegible] Cl. la Lande *Art du Tanneur p.* 18. 24. Gallæ hujus ar

boris Orientalibus cedunt. Ex glandibus anno 1709. in Galliâ panis parabatur.

937. Quercus *Ægilops.*
Vernaculè *Marojo.*
Provenit *en la Sierra de Villaroya*, circà *Calcena.*
Cortex ad præparanda coria utilis Linn. *Amœn. t. 5 Pl. tinct.*

938. Quercus *Cerris.*
Vernacule *Rebollo.*
Habitat *en Moncayo*, circà *Calcena*, *en la Sierra de Villaroya.*
Folia utrinquè pubescentia, laciniis obtusis.
Gallæ orientales ex hac arbore colliguntur Bergius *Mat. med.*

FAGUS.

939. Fagus *sylvatica.*
Haya Laguna *l. 1. c. 131.*
Provenit copiosè *en Moncayo.*
Lignum ad alendum focum præstantissimum; etiam ad axes, temones, & torneatorum opera Du Hamel *Arb.* I. *p.* 233. Si in igne torreatur, aut in stagno per mensem maceretur, adversùs vermes munitur *Mus. med. II. p.* 136. Semina oleum præbent ad lampades utilissimum Francheville *Act. Berol.* 1766. Cortex ad condensanda coria utilis Gleditsch *Act. Berol.* 1754. *p.* 124. *seq.* Cineres clavellati vulgò *Potasse* in Septentrione parantur.

CORYLUS.

940. Corylus *Avellana.*
Avellano Laguna *l. 1. c. 142.*
Provenit copiosè *en Moncayo*, *en el avellanar del Collado* circà *Badenas.*
Ex nucleis oleum exprimitur ad picturam, & ad recipiendos odores Du Hamel *Arb. I. p.* 189. etiam panis paratur, & potus chocolatæ æmulus *Hamburg. Magaz. t.* 16. Cortex carbones suppeditat ad delineandum utiles. Virga divinatoria vulgaris notitiæ. Rami virides frumentum à corruptione præservant Linn. *Amœn. t.* 1. *Fl. œcon.*

MONADELPHIA.

PINUS.

941. Pinus *sylvestris.*
Pino balsain. In Aragoniâ nonnulli vocant *Pino negràl*, quo nomine alia species in Castiliâ indicatur. Vide Laguna *l.* 1. *c.* 70.
Oritur copiosè in sylvis *Aragoniæ.*
Magnam resinæ copiam fundit. Ex truncis, & ramis concisis, & in furnio incensis pix liquida obtinetur, ad opera navalia expetita. Vide Du Hamel *Arb. II. p.* 147. *seq.* Lappones resinam mandunt, & dentes ab odontalgiâ immunes servant Harmes *Med. Lap. p.* 20. Ligni usus ad ædificia, naves, carbones, & alia opera vulgaris notitiæ. Infusum picis adversùs variolas laudat Cl. Berkley in opere inscripto *Siris.* Confer *Iour. œcon.* 1763. *Iuin.*

942. Pinus *Pinea.*
Pino albar.
Habitat cum priori.
Nuclei edules.

CROTON.

943. Croton *tinctorium.*
Provenit circà *Almudebar*, & in agro *Oscensi*, undè ad me transmissum à Petro Lapiedra.
Caules pulvere glauco aspersi. Folia rhomboidea, dentata, subtomentosa. Flores masculi in racemos dispositi. Calyx quinquepartitus. Petala 5 lanceolata. Stamina 8, aut 9 monadelpha. Flores fœminei infrà masculos, axillares, pedunculati. Capsulæ tricoccæ, scabræ, nutantes.
Fœminæ in oppido *Almudebar* tibialia cœruleo colore hac plantâ inficiunt.
Propè Monspelium succum pressione productum in sole exponunt. Deindè calcem in vasibus ligneis urinâ extinguunt. Mox pannos linteos hoc succo intinctos, posteà sicatos ità componunt, ut particulis alkalinis imbui possint. Belgæ peculiari artificio elementa tinctoria in pastillos recipiunt ad usus œconomicos.
Cl. Nissole hujus plantæ floribus cum alumine. & crystallo tartari sericum, & lanam eleganti cœruleo colore tinxit. *Act. Par.* 1712. *p.* 339. Nonnulli etiam in Galliâ tentarunt fecu-
[illegible] æmulam obtinere, sed incassùm Beau-

vais de Raseau *Art de l' Indigotier p.* 72.

SYNGENESIA.

MOMORDICA.

944. Momordica *Elaterium.*
Cogombrillo amargo Laguna *l.* 4. *c.* 156.
Pakkyoth, Vitis agrestis *Reg. IV. c.* 4. *v.* 39. Celsius *Hierob. t. p.* 393.
Oritur copiosè *Cæsaraugustæ, en Epila, Calatayud.*
E seminibus oleum ad lampades paratur Celsius *l. c.*

BRYONIA.

945. Bryonia *alba.*
Nueza blanca Laguna *l.* 4. *c.* 173.
Vernaculè *Tuca.*
In sepibus frequens.
Turiones cum ovis eduntur, antiquis non ignoti Plin. *l.* 23. *n.* 16.
Ex radicibus amylum paratur Du Hamel *Fabr. de l' ámidon p.* 9. Cienfuegos *t.* 5. *p.* 358. *El Rei Don Felipe II. prohibiò el uso del almidon, y las mugeres le hacian mucho mejor, mas tieso, mas blando, y trasparente de raices de Tragoncia, ò Serpentaria mayor sacando su leche por expresion, y dejandola secar. El burujo, que quedaba apetecian muchissimo los animales, y se cebavan con él los lechones, y engordaban.*
Et in notâ marginali *p.* 357. *El año de* 1630. *por Julio valia en Madrid una libra de almidon dos reales.*

DIOECIA.

DIANDRIA.

SALIX.

946. Salix *amygdalina.*
Provenit circà *Borja.*
947. Salix *fragilis.*
Habitat cum priori.
948. Salix *Helix.*
Oritur ad aquas *Cæsaraugustæ, en Epila, Alcalá de la selva.*
949. Salix *caprea.*
Habitat *en Epila, Pitarque, Daroca,* & alibi.

Folia supernè latiora.

950. Salix *viminalis.*

Hispanis *Mimbre.*

Nascitur juxtà flumina *Cæsaraugustæ*, *en Epila.*

Ad ligamina, & corbes faciendos inservit.

951. Salix *cinerea.*

Habitat *en Moncayo.*

952. Salix *alba.*

Sauce Laguna *l.* 1. *c.* 115.

Ad ripas fluminum vulgatissima.

